« Αὐτοκράτορες Καίσαρες Βασιλίσκος καὶ Μάρκος. Τὴν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐν ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις κρατήσασιν ἀποστολικὴν καὶ ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ μέχρι τῆς ἡμετέρας βασιλείας κρατήσασιν, καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας δὲ βασιλείας κρατούσιν, καὶ εἰς τὸ διηλεκτὸν κρατεῖν ὑφείλουσαν, εἰς τὴν καὶ ἰδραπίσθημεν καὶ πιστεύομεν, αὐτὴν μόνην ἀτρωτον καὶ ἀσάλευτον κρατεῖν, τὴν καὶ κρατούσαν καὶ διηλεκτῶς πολιτεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς καθολικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς ἐκκλησίαις τῶν ὀρθόδοξων θεσπίζομεν, καὶ μηδὲν ἕτερον ζητεῖσθαι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας γενηθέντα, εἴτε καὶ ἕτερα ἢ εἰ τι δηροποῦν πίστεως ἐνεκεν, ἢ καταστάσεως ἐκκλησιαστικῆς, ἀργεῖν καὶ πεπαύσθαι προστάττομεν, ἀναθεματιζόμενον Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς καὶ πάσης ἑτέρας αἱρέσεως, καὶ πάντων τῶν ἐκ αὐτῶν φρονούντων. Καὶ περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως μὴ σύνοδον γίνεσθαι ἢ ἑτέραν ζητήσιν· ἀλλὰ ταῦτα μένειν ἀρραγῆ καὶ ἀσάλευτα. Ἀποδοθῆναι δὲ καὶ τὰς ἐπαρχίας τῶ ἀγιωτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ πατριάρχῳ καὶ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀκακίῳ ὧν τὴν χειροτονίαν εἶχεν ὁ θρόνος ταύτης τῆς βασιλείας καὶ ἐνδόξου πόλεως· δηλαδὴ τῶν νῦν δι᾽ ἡμᾶς θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων μενόντων ἐπὶ τῶν οἰκείων θρόνων, μηδενὸς προκρίματος γενομένου μετὰ τὴν τοῦτων τελευτὴν τῶ δικαίῳ τῆς χειροτονίας τοῦ εὐαγοῦς θρόνου ταύτης τῆς βασιλείας καὶ ἐνδόξου πόλεως. Τοῦτο δὲ τὸ θεῖον ἡμῶν θέσπιμα δύναμιν ἐπέχον θείας διατάξεως, οὐδενὶ ἀμφίβολον κατέστηκεν. » Ταῦτα μὲν οὕτως ἐγένετο.

ΚΕΦΑΛ. Η΄.

Ἐν τῇ Ζήνων αὐθις εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανῆλθεν ἀρχὴν· Βασιλίσκος δὲ διεφύρα.

Ὁ δὲ Βασιλίσκος κατὰ τῆς πίστεως παραταξάμενος, μῖσος παρὰ πάντων ἐκτήσατο· ὁ μεμαθηκότες οἱ Ζήνων ἐπιτετραμμένοι πολιορκεῖν, πιστὰ οἱ φυλάξαιν διομοσάμενοι, Ζήνωνι σπένδονται· καὶ τοῦτον λαβόντες· ἐχώρουν ἀνά τὴν βασιλείουσαν· δῶρα τὰ μὲν εὐφρότες, τὰ δ' ὑπερημίνοι λαβεῖν. Φασὶ γὰρ μὴν καὶ τὴν πρωτομάρτυρα καὶ πολυάθλον Θέκλαν εἶπεσι μυστικά· ἐκφανείσαν, τὴν τῆς βασιλείας ἀποκατάστασιν αὐθις αὐτῷ βεβαιώσασθαι. Οὐ γενομένου, Ζήνων τῇ μάρτυρι ἀμειβόμενος τῆς μηνύσεως, ἀνὰ τὴν Σελευκίαν μητρόπολιν τέμμενος ἀνετίθει ἐξοχὴν μέγιστον, καὶ προύχον ἐν κάλλει, ὁ πολλῶν χρυσίων καὶ βασιλικῶν κατακόσμηται ταῖς ἀναθήμασιν. Ὁ δὲ Βασιλίσκος τὴν κίνη-

CAPUT VII.

Contrariæ circulares Basilisci litteræ.

« Imperatores Casares, Basiliscus et Marcus. Fidem apostolicam et orthodoxam, quæ jam inde ab initio in catholicis ecclesiis usque ad nostri imperii tempora obtinuit, et sub imperio nostro obtinet, atque adeo in perpetuum obtinere debet, in quam etiam baptizati sumus, quam et credimus, eam ipsam solam inviolatam atque inconcussam obtinere, et obtinentem perpetuo celebrari in omnibus orthodoxorum catholicis et apostolicis ecclesiis, **670** neque quidquam aliud requiri debere, sancimus. Proinde quidquid sub imperio nostro actum editumque est, sive circulares litteræ, seu scripta alia, quæcunque tandem ea sint, professionis fidei aut ecclesiasticæ constitutionis gratia promulgata, irrita et abrogata esse jubemus. Nestorium et Eutychetem, nec non hæreses omnes, et eos qui idem cum illis sentiunt, universos anathemate condemnamus. Decernimus quoque, de fidei causa neque synodum cogi, neque questionem aliam inferri, sed hæc quam approbamus firma et inconcussa manere: provincias etiam reddi debere sanctissimo et religiosissimo patriarchæ et archiepiscopo Acacio, quarum antistitium ordinationem imperantis hujus et inclytæ urbis thronus habuit: ita videlicet, ut Dei amantissimi qui nunc sunt episcopi, in sedibus suis permaneant: neque post obitum illorum, præjudicium aliquod adversus jura ordinationis sacri throni imperantis hujus et inclytæ urbis creetur. Atque divina hæc sanctio nostra vim sacræ constitutionis habens, ne cui in dubium aut controversiam vocetur. » Hæc sic acta.

CAPUT VIII.

Ut Zeno rursus in imperium suum sit restitutus, Basiliscus autem interierit.

Porro Basiliscus quod adversus fidem bellum gereret, odium omnium incurrit. Quod ubi cognovire, quibus Zenonis obsidio commissa fuerat, juramento interposito se fidos illis futuros, Zenoni conciliati sunt: eoque recepto, ad urbem imperantem ire contenderunt: cum quidem dona ab eo partim jam accepissent, partim se accepturos esse stipulati essent. Ferunt sane quidam protomartyrem, quæ multum et strenue decertavit, Theclam, arcanis quibusdam visionibus illi restitutionem imperii confirmasse. Quapropter Zeno ut martyri de ejusmodi denuntiatione gratiam referret, in metropoli Seleuciæ, delubrum amplitudine maximum et pulchritudine præstantissimum

condidit, quod multo auro et imperialibus donariis A exornavit. Basiliscus de Zenonis motu certior factus, consobrinum suum Harmatium (1) copiarum in Thracia ducem, qui progressum illius impelleret, adversus eum misit, 671 eumque jurejurando sane quam horrendo, ne se unquam Zenoni conjungeret, obstrinxit. Harmatius cum Zenone ad Nicæam congressus, in eum illum coniecit metum, ut frustra se rem quam conficere nequiret, aggredi putarit: nisi donis ac pollicitationibus Harmatium, se videlicet Basiliscum filium ejus Cæsarea tænia exornaturum esse, expugnaret. Atque ita hunc quoque jurisjurandi religionem parvifacientem, Zeno adversus Basiliscum in partibus suis habuit. At Basiliscus his rebus cognitis, statim sententiam mutavit: et imperiali corona sacræ mensæ B imposita, supplex ipse cum Zenonide (2) ad baptisterium confugit. Zeno confestim Constantinopoli exceptus, primum ecclesiam n agnam, deinde cum apparatu et comitatu maximo imperialem regiam ingressus est. Basiliscus autem cum viginti menses in Romæno imperio tyrannus fuisset, in Cappadociam moriturus missus est: atque in mansione quadam seu militari diversorio (3), cui Acusi nomen est, cum uxore et liberis interfectus est. A Zenone statim Circenses ludi editi. Deinde is, pro eo atque paulo ante se facturum juraverat, Harmatii quidem filium Basiliscum ad Cæsaris dignitatem extulit: postea autem Harmatium, quod eum non magis sibi, quam Basilisco fuisset, fidum fore arbitraretur, jugulari jussit: filium porro ejus Cæsarem sacerdotem fecit, qui deinde multo post ecclesiam Cyzicciam optime admini-

σιν ἐκμαθῶν Ζήνωνος, τὸν ἀνεψιὸν Ἀρμάτιον ἐπεμψε στρατηγὸν τῶν ἐν Θράκη καθιστώτα δυνάμεων, ἐκείνον ἐπὶ τὰ πρόσω εἶναι κωλύσοντα, ἕρκοις φρικτοῖς τοῦτον ἀσφαλίσταμενος μὴ σπεισασθαι ποτε Ζήνωνι. Ὁ δ' ἐν Νικαίᾳ συμβαλὼν ἐκείνῳ, ἐπὶ τόσον ἐκείνον κατέπληξεν, ὡς λογίσασθαι ἀνηνύτοι: δῆτα ἐπιχειρεῖν, εἰ μὴ δῶροις ὑποφθείρας τοῦτο, Ζήνων καὶ ὑποσχέσειν, ὡς ἄρα τῇ Καισαρικῇ ταινίᾳ τὸν ἐκείνου υἱὸν Βασιλίσκον κοσμήσοι, κατὰ τοῦ κρατοῦντος καὶ τοῦτον ἔσχεν, ἐν δευτέρῳ τὰ τῶν ὄρων δὴ θέμενον. Ὁ μὲν οὖν Βασιλίσκος ταῦτα μαθὼν, εὐθύς ὑπαχώρει· καὶ τὸν βασιλικὸν στέφανον τῇ θεῇ τραπεζῇ ἐνθέμενος, αὐτὸς σὺν Ζηωνίδι ἐπὶ τὸ βαπτιστήριον ἰκέτης προσέφραγε. Ζήνων δ' ἐξ αὐτῆς τῆ Βύζαντος παροδεχθεὶς, πρῶτον μὲν ἐπὶ τὸν μέγαν ἤει νέων ἔπειτα ἐχώρει σὺν πομπῇ μεγίστῃ πρὸς τὰ βασίλεια. Βασιλίσκος δὲ κ' ἄμηναι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τυραννήσας, ἐπὶ τὴν Καππαδοκίαν ἐπέταλτο τσὸν ἡζόμενος· καὶ ἐν τινὶ σταθμῷ Ἀκουσῶ λεγομένῳ σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις δέχεται τὴν σφαγὴν. Ἰππικὸν δ' εὐθύς ποιήσας Ζήνων κατὰ τοὺς πρόβραχέας δολίνας ὄρκους, τὴν μὲν Ἀρμάτιου υἱὸν Βασιλίσκον τῇ τοῦ Καίσαρος ἀξίᾳ τιμᾶ· ἔς ὑστερον δὲ λογισάμενος ὡς Ἀρμάτιος οὐδαμῶς οἱ αὐτῷ τὰ πιστὰ φυλάξοι ὡσπερ οὐδὲ Βασιλίσκῳ, κελεύει τοῦτον σφαγῆναι· τὸν δ' ἐκείνου υἱὸν τὸν Κάισαρα ἱερέα ἐχειροτόνει. Πολλῶ δὲ ὑστερον οὗτος καὶ τὴν Κυζικηνῶν ἐκκλησίαν ἐποίησεν ἀριστᾶ.

CAPUT IX.

Episcopi Asiani libellum pœnitentiæ ad Acacium mittunt, de synodo eum placantes.

Zeno simul atque in imperium restitutus est, per constitutionem scriptam quamprimum, quidquid a tyranno Basilisco per circulares litteras contra fidem novatum fuerat, abrogavit. Quod ubi Asiani episcopi intellexerunt, missis ad Acacium Constantinopolitanum episcopum pœnitentiæ libellis, gratiam sibi fieri petierunt: illa deprecatione usi, quod non sua sponte, sed vi maxima adacti circularibus subscripsissent. Eamque rem 672 ita et non aliter se habere, et se Chalcedonensi synodo assentiri, atque juxta ejus decretum et antea credidisse, et nunc credere, juramento confirmarunt. Episcoporum scriptum hoc erat: « Acacio sanctissimo et piissimo sanctissimæ quæ apud imperantem Constantinopolim, novam Romam, est Ecclesiæ patriarchæ. » Et post pauca: « Recte sane ad nos venit, qui locum etiam vestrum

(1) Procopus *Armatium* nominat.

(2) *Adi Zenobium* vocant.

(3) Basiliscum tyrannum cum uxore et filijs Zeno in Cappadociam misit hiemis tempore, eosque neque veste neque cibariis juvari jussit. Unde brevi se invicem complexi, collacrymantes misere perierunt. (Procop.) Ille inexplebilis avaritiæ fuit. Nam

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

C

Ἐπιτομὴ τῆς Ἀσίας ἐπισκοποῦ βιβλίου μετανοίας Ἀκακίου ἀπέστειλαν ἡμεροῦμενοι ἐκείνῳ διὰ τὴν σύνοδον.

Zήνων δὲ ἅμα τῷ τῇ ἀρχῇ καταστῆναι, ἔγγραφον νόμον ἐτίθει, ὃς προτροπὴν ἀνῆρει, ὅσα τῷ τυράννῳ Βασιλίσκῳ τοῖς ἐγκυκλίοις ἐνεωτερίσθη κατὰ τῆς πίστεως· ὃ οἱ τῆς Ἀσίας μαθόντες ἐπισκοποὶ, βιβλία μετανοίας ἐπιπέμποντες Ἀκακίῳ τῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιτόκῳ, συγγνώμην ἤτουν, παραιτούμενοι, ὡς οὐκ ἐκόντες, ἀλλ' ἀνάγκῃ πλείστη τοῖς ἐγκυκλίοις καθυπογράψαι· ὅρκους τε τοὺς λόγους κατασφαλίζοντο, ἧ μὴ οὕτως ἔχειν καὶ οὐκ ἕτεροι· καὶ τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ τίθεσθαι, καὶ κατ' ἐκείνῳ πιστεύειν καὶ νῦν καὶ πρότερον. Ἡ δὲ τῶν ἐπισκόπων γραφὴ τούτοις τοῖς γράμμασι περιεληπτο· « Ἀκακίῳ τῷ ἀγιωτάτῳ καὶ δσιωτάτῳ πατριάρχῃ τῆς κατὰ τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινουπόλιν νέαν Ῥώμην ἀγιωτάτης Ἐκκλησίας. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἐφθασεν ἐγὼ ἡμᾶς πρεπόντως ποιῶν ὁ καὶ τὸν ἡμέτερον ἀνακλη-

et ab ecclesiarum antistitibus pecuniam exegit: et a tenuibus opificibus manuum labore vitæ sumptus tolerantibus, excutiendis non abstinuit. Quapropter ob ejusmodi exactiones lacrymis plena erant omnia. Sub Leone is pro Rustico copiarum militarium dux lectus. (Suid.)

ρώων τόπον. ἰ Καὶ μεθ' ἕτερα· ἰ Διὰ δὲ τῶν λι-
βέλλων γνωρίζομεν ὑπεγεγραφήκιναι οὐ κατὰ
πρόθεσιν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης γράμμασι καὶ βήμασιν,
ἀλλ' οὐ καρδίᾳ συνθέμενοι τούτοις. Ταῖς γὰρ ἡμῶν
ἀπροσδέκτοις πρεσβείαις οὐν ἐπινεύσει τοῦ Κρείττο-
νος καὶ παρελήφμεν παρὰ τῶν τῆς οἰκουμένης
φωστήρων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτώ καὶ τῶν ρ'
ἀγίων Πατέρων πιστεύομεν, πρὸς τούτοις καὶ τοῖς
ἐν Χαλκηδόνι εὐσεβῶς καὶ ὀρθῶς τυπωθεῖσι παρὰ
τῶν ἐν αὐτῇ συναχθέντων θεῶν Πατέρων. ἰ Ταῦ-
τά μὲν οἱ ἐπίσκοποι. Ἐστ' οὖν Ζαχαρίας ὁ ταῦτα
ἐμπαθῶς συνταξάμενος, τούτοις ἐφθῆ συκοφαντή-
σας· εἶτε καὶ αὐτοὶ διεψεύσαντο, ὡς παρὰ γνώμην
τῶ ἐγκυκλίῳ ὑπέγραψαν, καὶ ταῦτα Ἀκακίῳ γε-
γραφέτες, οἷα μικρὸν ἀνωθεν διεξήλομεν, ἀκρι-
βῶς συνορᾶν οὐκ ἔχω. Καὶ τὰ μὲν ᾧδὲ πη ἔσχε.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Ἦς ἀπέλασε Ζήνων τὸν Κναφέα Πέτρον τῆς
Ἀντιόχου καὶ ἐτέρους· Καλανδίῳ δὲ τὸν
θρόνον αὐτοῖς ἐπέτερε. Καὶ περὶ τῆς ἀνακο-
μιδῆς τοῦ λευθάνου τοῦ ἀγίου Εὐσταθίου
Ἀντιοχείας.

Ζήνων δὲ τὸν μὲν Κναφέα Πέτρον, ἅτε ὑπὸ Βα-
σιλίσκου ἀνακληθέντα, τῆς Ἀντιόχου ἐξήλαυεν.
Κα' αὐθιῶν δὲ τῶ μετὰ Στέφνον τὴν ἐπισκοπὴν
ἐνεχείριζεν αὐθις. Καὶ Παῦλον δὲ τῆς Ἐφέσου ἐδίω-
κε καὶ Νεστόριον τῆς Ταρσοῦ, καὶ Κύρον ἀρίστα
Ἰεραπόλεως· Χαλκηδόνος τε Ῥωμανὸν, καὶ Σημο-
σάτων Εὐσέβιον, Μοφουστίας δὲ Ἰουλιανὸν, Παῦ-
λον Κωνσταντίνης, καὶ Ἀνδρέαν Θεοδοσιουπόλεως.
Ὁ δὲ Καλανδίῳ οὐδένα προσέτετο, εἰ μὴ προτερον
τὴν Πέτρον ἀναθεμάτισιν, καὶ τὸ Βασιλίσκου ἐγκύ-
κλια. Αἰτίσας δὲ Ζήνωνα καὶ τὸ λευθάνον Εὐσταθίου
τοῦ θεοῦ ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδόνων, ἐνθα
ἐξήριστος τὸν βίον ἀπέλιπε, σὺν τιμῇ πολλῇ εἰς
Ἀντιόχειαν ἤγαγε, πρὸ ὀκτωκαίδεκα μιλίων πάση·
σχεδὸν προχυθείσης τῆς πόλεως, καὶ σὺν χαρᾷ
πλείστη προσηκαμένης. Οἱ δὲ δι' αὐτὸν εἰσέτι τῆς
Ἐκκλησίας διακριθῆμενοι, ἐκατὴν παρρηχικότων
ἐνιαυτῶν, τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐνώθησαν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ἦς μετὰ Τιμόθεον τὸν Ἀλιουρον Πέτρος ὁ Μογ-
γὸς γίνεται ἐν Ἀλεξανδρίᾳ· εἶτα πάλιν Τι-
μόθεος ὁ Σαλοφακίολος· εἶτα Ἰωάννης ὁ Τα-
δερνησιώτης· καὶ μετὰ τούτων αὐθις ὁ Μογ-
γὸς Πέτρος, δεξάμενος τοὺς ἀπὸ Προτερίου,
καὶ τῶ ἐνωτικῶ καθυπογράψας τοῦ Ζήνωνος.

Πρὸς βουλῆς δ' ἦν Ζήνωνι καὶ Τιμόθεον τὸν Ἀ-
λιουρον ἀπελάσαι τῆς Ἀλεξανδρείας. Γνοὺς δὲ εἰς
βαθὺ γῆρας ἐληλακῶτα, καὶ ἤδη πρὸς ταφήν εἶτα,
τὸ βούλευμα διεκώλυσεν. Ὁ δὲ μετ' οὐ πολὺ πρὸς
τὰ κατωτέρω μετεχώρει δικαιοτήρηξ. Ἀλεξανδρεῖς
δ' αὐθενεῖς χρησάμενοι, χειροτονοῦσι φησὶ ποιμένα,
πολλῶ τῇ δυσσεβεῖς χειρὸν τοῦ Αἰλουρου, Πέτρον
ἕτερον, Μιγγλὸν τὸ ἐπώνυμον· ἐνδὸς ὧ· φασὶ καὶ
δύο ἐπισκόπων τὴν χειροτονίαν τελέσαντος, καὶ

(1) Evagr. lib. iii, cap. 9.

continebit. ἰ Et rursum : ἰ Per libellos sup-
plices significamus, subscripsisse nos non ex
animi sententia, sed necessitate coactos, litteris
tantum et verbis, non autem animi destinatione,
circularibus illis assentientes. In acceptabilibus
enim precationibus nostris, annuente Deo, quæ a
totius orbis luminaribus trecentis decem et octo,
et rursum a centum quinquaginta sanctis Patribus
accepimus, ad hæc quæ a divinis patribus Chalce-
done congregatis, pie et recte constituta sunt, ea
credimus. ἰ Hæc episcopi scripsere. Sive autem
Zacharias, qui hæc affectibus ductus conscripsit,
sycophantice hoc illis impexit : seu ipsi episcopi,
quod præter animi sententiam circulari constitu-
tioni subscripserint, cum ita ad Acacium scribe-
rent, ut paulo ante narravimus, mentiti sunt, dis-
picere et pronuntiare certo non possum. ἰ Hæc
certe sic habuere (1).

CAPUT X.

Ut Zeno Petrum Cnapheum, et item alios Antiochia
expulerit, et Calandioni episcopatum ejus commi-
serit. De reductione reliquiarum sancti Eustathii
Antiocheni.

Zeno Petrum Cnapheum, ut qui a Basilisco re-
vocatus esset, Antiochia expulit, et Calandioni
Stephani successoris episcopatum restituit. Paulum
etiam Epheso exegit, Nestorium item Tarso, et
Cyrum Hierapoli, Romanum Chalcedone, Samosa-
tis Eusebium, Mopsuestia Julianum, Paulum Con-
stantia, et Andream Theodosiopoli. Calandioni
autem neminem ad communionem admittebat,
qui non prius Petrum et circularia Basilisci ana-
themate confodisset. Ac de Zenonis voluntate et
consensu, divi Eustathii, qui Philippis apud Ma-
cedones in exilio vitam finierat, reliquie cum
reverentia multa Antiochiam reductæ sunt : **673**
quas cum lætitia summa civitas ea ad decimum
octavum fere lapidem extra urbem effusa excepit.
Atque illi qui ad hoc usque tempus ab Ecclesia
secesserant, annis centum elapsis, Ecclesiæ tandem
prorsus uniti sunt.

CAPUT XI.

Ut Alexandria Timotheo Æluro Petrus Moggs,
Moggo Timotheus Salophaciolus, huic porro Johan-
nes Tabennesiotes, huic autem rursum Petrus
Moggs, eis qui Proterium sectati fuerant ad se
receptis, et Zenonis Henotico, huc est, concil-
iario seu pacificatorio edicto comprobato, suc-
cesserit.

Constituerat Zeno Timotheum quoque Ælurum
Alexandria ejicere. Postquam autem ad multam
eum senectutem pervenisse, et jam non longe a
sepulchro abesse cognovit, consilium mutavit. Atque
ille paulo post ad inferorum migravit judicium.
Alexandrini autem potestate sibi et auctoritate
Æluro longe deteriolem, Petrum alterum cogno-
mento Moggm : quem unus et alter sicuti ferunt,

episcopi consecrarunt, quibus legitime dignitas A
adempta fuerat. Quod ubi Zeno rescivit, eos qui
illum episcopum legerant, morte multavit. Timotheum autem Salophaciolum, Proterii successorem, qui Canobi (sicuti diximus) debebat, in sedem suam restituit, cui Moggnis diebus triginta sex incubaverat. Ac Timotheus quidem imperatoris litteris thronum suum ita recuperavit. Brevi vero post consilium quidam ceperunt legatum ad imperatorem mittendi, Joannem presbyterum Tabennesiotam, qui œconomus templi honorandi Pæcuroris et Baptistæ creatus fuerat : ut ibi episcopus eorum inter homines esse desiisset, Alexandrini potestatem episcopi quem vellent eligendi haberent. Qui legatus ubi compertus est sibi ipsi episcopatum precari, quemadmodum Zacharias inquit, postquam imperatori juravit, haud unquam se Alexandriae thronum recepturum esse, domum reversus est, et imperator constitutione, ut post obitum Timothei, Joanne excepto, cathedram episcopalem Alexandriae, quem ibi clerus et populus legisset sortiretur, sancivit. Non multo post Timotheo defuncto, Joannes pacta conventa et jusjurandum parvi pendens, pecunia quibusdam, ut 674 idem Zacharias ait, corruptis, ad episcopatum conscendit. Quod ubi factum est, Zeno illum quidem rejici jussit, suggestionem autem Acacii scriptum ad Alexandrinos, quod ἐνωτικόν, hoc est, unionis conciliatorium vocavit, dedit : in quo præcepit, ut thronus Petro Moggo reddatur, siquidem ille scripto ei subscribere, et Proterii sectatores recipere, quartamque synodum approbare vellet. Hanc rei ejus dispositionem, de Acacii sententia (sicuti dixi) constitutam, Pergamius, qui nuper admodum Ægyptiæ provinciæ præfectus declaratus fuerat, Alexandria pertulit. Is postquam eo pervenit, et Joannem Romam profugisse comperit, cum Petro Moggo collocutus, ut hereticum Zenonis scriptum reciperet, ei persuasit, et eos præterea qui ab Ecclesia secessissent. Illi tunc ei statim subscripsit : et cum Alexandriae publicus populi conventus celebraretur, quia hereticum Zenonis omnibus placuit, eos quoque qui propter Proterii partes secesserant, admisit. Atque ubi orationem non ita longam ad populum habuit, quam ad ecclesiasticum plebis conventum composuerat, postea etiam Zenonis constitutionem multitudini recitavit, hisce verbis compositam :

CAPUT XII.

De Zenonis edicto, quod pacificatorium est dictum, neque rejiciens neque comprobans Chalcedonensem synodum.

Imperator Cæsar Zeno pius, victor, triumphator, maximus, semper colendus, Augustus, Alexandrinis, et qui per Ægyptum et Libyam et Antapolim sunt, religiosissimis episcopis et clericis, et mona his et laicis. Cum imperii nostri initium et conservationem, tum autem opes atque armaturam inexpugnabilem persuasum habeamus esse,

τούτων δ' ἐνδίκως τὴν ἱερουσύνην ἀφαιρεθέντων. Ὁ δὲ Ζήνων μαθὼν, τοὺς μὲν ψηφισαμένους θανάτου ζημίᾳ ἐτίμα· Τιμόθεον δὲ τὸν μετὰ Προτέριον, ᾧ Σαλοφακίολος τὸ ἐπίκλην, ὡς περ ἐφημεν, ἐν Κανόβῳ ποιούμενον τὰς διατριβὰς, ἐπανάγει αὐθις τῷ θρόνῳ, ἐφ' ἡμέραις τριακονταξέ τοῦ Μογγοῦ Πέτρου τοῦτῳ διαγαγόντος. Ἄλλὰ Τιμόθεος οὕτω βασιλεῖος γράμμασι τὸν οἰκόνον θρόνον ἀπέλαβε. Μετ' οὐ πολὺ δὲ βουλήν ἔνοι· ἐτίθεντο βασιλεῖ στελαί πρέσβιν, Ἰωάννην πρεσβύτερον τὸν Ταβεννησιώτην, εἰς οἰκονόμον ἀποτεταγμένον τοῦ νεῦ τοῦ τιμίου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ ὡς ἂν εἴ γε συμβαίῃ τὴν σφῶν ἐπίσκοπον ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι, ἐξῆν εἴη Ἄλεξανδρεῦσιν ὅν ἂν ἔλοιτο ψηφισασθαι πρέσβρον. Ἐαυτῷ δὲ φωραθεὶς ὁ πρέσβις μνόμενος τὴν ἐπισκοπὴν, ὡς Ζαχαρίας φητίν, ὄρκους δοὺς βασιλεῖ, μὴ ποτ' ἐκείνον τὸν τῆς Ἄλεξάνδρου ἐγχειρισθῆναι θρόνον, ἀνέστρεψεν ὀπίσθιν, τοῦ βασιλέως θεοσίσαντος, μετὰ τὸ ἀποδιδῶναι Τιμόθεον πλὴν Ἰωάννου ἐκείνον τὴν καθέδραν κληρώσασθαι ὅν ἂν ὁ κληρὸς καὶ τὸ πῆθος ἐπιλέξῃται. Μετ' οὐ πολὺ δὲ Τιμοθέου τὸ βιούν μεταλλάξαντος, Ἰωάννης τὰς συνθήκας τῶν ὄρκων παρ' οὐδὲν λογισάμενος, χρήμασι τινας ὑποφείρας, ὡς ὁ αὐτὸς Ζαχαρίας φησίν, εἰς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς καθέδραν ἀνάγεται. Οὗ γενομένου, ἐκείνον μὲν ἀπελαθῆναι Ζήνων ἐκέλευεν, ὑποθήκας δὲ Ἀκακίου καὶ πρὸς Ἄλεξανδρεῖς ἔγραψεν, ὅδῃ Ἐνωτικὸν κατωνόμασε θεοσπίζων Πέτρῳ τῷ Μογγῷ αὐθις ἀποδοθῆναι τὸν θρόνον, εἴπερ ἔλοιτο καθυποσημαίνειν τῷ γράμματι, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς μοίρας Προτερίου δέχεσθαι, καὶ μὴ τὴν τετάρτην ἐκτρέπεισθαι σίνωδον. Ἦν δὲ οἰκονομίαν γνῶμῃ Ἀκακίου συνθετεμένην, ὡς εἴρηται, Περγάμιος διεκόμιζεν, ἄρτι τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως τὴν ὑπαρχον ἀξίαν ἐγχειρισθεὶς. Ὁ δὲ τῆ Ἄλεξάνδρου προσεσχικῶς, τὸν μὲν Ἰωάννην φυγάδα ἐς Ῥώμην γενέσθαι ἐμάνθανε· Πέτρῳ δὲ τῷ Μογγῷ περιτυχῶν, πείθει μὲν τὸ ἐνωτικὸν Ζήνωνος δέχεσθαι, καὶ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας διασταμένους. Καὶ τὸν μὲν τόμον εὐθὺς καθυπέργραφε· διμοταλοῦς δὲ πανηγύρεως ἀνά τὴν Ἄλεξάνδρου τελουμένης, ἐπεὶ καὶ πᾶσι τὸ ἐνωτικὸν Ζήνωνος εἰς ἀρέσκειαν ἦν, δέχεται Πέτρος καὶ τοὺς ἀπὸ Προτερίου δισταμένους. Μετρίαν δὲ προσφώνησιν τῷ λεψ' ἀνειπῶν, ὃ ἐπ' ἐκκλησιάζει τοῦ δήμου συντάξεν, ἔπειτα καὶ τὸ ἐνωτικὸν Ζήνωνος τῷ πλήθει ὑπανεγίνωσσε τάδε διαγορευόν·

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ΄.

Περὶ τοῦ λεγομένου ἐνωτικοῦ τοῦ βασιλέως Ζήνωνος· μίτη ἀποτρεπόμενον μίτη δεχόμενον τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἀγίαν σύνοδον.

Ἐ αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ζήνων, εὐσεθῆς, νικητῆς, τροπαιούχο, μέγιστος, αἰσεβάστος, Αὐγουστος, τοῖς κατ' Ἄλεξανδρείαν καὶ Αἰγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν εὐλαβεστάτους ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς καὶ μοναχοῖς καὶ λαϊκοῖς. Ἀρχὴν καὶ σύστασιν δύναμίν τε καὶ ὄπλον ἀκαταμάχτην τῆς ἡμετέρας· εἰδότες βασιλείας τὴν μόνην ὀρθὴν καὶ ἀληθῆ· ἡ

πίστιν, ἦντινα διὰ τῆς θείας ἐπιφοιτήσεως; ἐξέθεντο μὲν οἱ ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντες τριακῆσσι δεκαοκτῶ ἅγιοι Πατέρες, ἐβεβαίωσαν δὲ οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἑκατὸν καὶ πενήκοντα ὄμοκω; ἅγιοι Πατέρες συνελθόντες, νύκτωρ τε καὶ μεθημέραν πάση προσευχῇ καὶ σπουδῇ καὶ νόμοις κεχρήμεθα πληθυνθῆναι δι' αὐτῆς τὴν ἀπανταχόσε ἁγίαν τοῦ Θεοῦ καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ἀφθαρτον καὶ ἀτελεύτητον μητέρα τῶν ἡμετέρων σκήπτρων· εἰρήνη τε καὶ τῇ περὶ Θεὸν ὁμονοίᾳ τοῦς εὐσεβεῖς λαοῦ; διαμένοντας, εὐπροσδέκτους τὰς ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἰκετείας προσφέρειν, σὺν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, καὶ θεοσεβεστάτοις κληρικοῖς καὶ ἀρχιμανδρίταις καὶ μονάζουσι. Τοῦ γὰρ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας σαρκωθέντος καὶ τεχθέντος, τὴν ἐκ συμφωνίας δοξολογίαν καὶ λατρειαν ἡμῶν ἐπαινούντος καὶ ἐτοιμῶς δεχομένου, τὰ μὲν τῶν πολεμίων ἐκτριβήσεται καὶ ἐξαιλεσθήσεται γένη· πάντες δὲ τὸν οἰκεῖον ὑποκλινοῦσιν αὐχένα τῷ ἡμετέρῳ μετὰ Θεοῦ κράτει. Εἰρήνη δὲ καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἀγαθὰ, ἀέριων τε εὐκрасία, καὶ καρπῶν εὐφορία, καὶ τὰ ἄλλα δὲ τὰ λυσitelούντα τοῖς ἀνθρώποις φιλοτιμηθήσεται. Οὕτως οὖν τῆς ἀμωμῆτου πίστεως ἡμᾶς τε καὶ τὰ Ῥωμαῖκά περιτωζούσης πράγματα, δεήσεις ἡμῖν προσεκεμισθησάν παρὰ Θεοσεβῶν ἀρχιμανδριτῶν καὶ ἐρημιτῶν; καὶ ἐτέρων αἰδοσίων ἀνδρῶν, μετὰ θαυρῶν ἰκετεύοντων ἔνωσιν γενέσθαι ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, συναφθῆναι τε τὰ μέλη τοῖς μέλεσιν, ἅπερ ὁ μισόκαλος ἀπὸ πλείστον χρόνων χωρῆσαι κατηπεύχθη, γινώσκων ὡς εἰ ὀλοκλήριω τῷ τῆς Ἐκκλησίας σώματι πολεμῆ, ἠττηθήσεται. Συμβαίνει γὰρ ἐκ τούτου καὶ γενεὰς ἀναριθμήτους εἶναι, ὅσας ὁ χρόνος ἐν τοσοῦτοις ἔτει τῆς ζωῆς ὑπεξήγαγε· καὶ τὰς μὲν τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἐστερημένους ἀπελθεῖν, τὰς δὲ τῆς θείας κοινωνίας μὴ μετασρούσας πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀπαρτήρητον ἐκδημίαν ἀπαχθῆναι, φόνους τε τολμηθῆναι μητρους, καὶ αἱμάτων πληθύνει μὴ μόνον μολυνθῆναι τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα. Ταῦτα τίς οὐκ ἂν εἰς τὴν ἀγαθὴν μετασκευασθῆναι προσεύξοιτο; Διὰ τοῦτο γινώσκων ἡμᾶς ἐσπουδάσαμεν, ὅτι καὶ ἡμεῖς καὶ αἱ πανταχοῦ ἐκκλησίαι, ἕτερον σύμβολον ἢ μάθημα, ἢ ὄρον πίστεως, ἢ πίστιν, πλην τοῦ εἰρημένου ἁγίου συμβόλου τῶν τῆς ἁγίων Πατέρων, ὅπερ ἐβεβαίωσαν οἱ μνημονευθέντες ῥ' ἅγιοι Πατέρες, οὔτε ἐσχάκαμεν, οὔτε ἔχομεν, οὔτε ἐξομεν, οὔτε ἔχοντας ἐπιστάμεθα· εἰ δὲ καὶ ἔχοι τις, ἀλλότριον αὐτὸν ἡγούμεθα· τοῦτο γὰρ καὶ μόνον, ὡς ἔφαμεν, τὴν ἡμετέραν περισώζειν τεθαυρήκαμεν βασιλείαν. Καὶ πάντες δὲ οἱ λαοὶ τοῦ σωτηριώδους ἀξιούμενοι φωτισματος, αὐτὸ καὶ μόνον παραλαβάνοντες βαπτίζονται. Ὡ καὶ ἐξηκολούθησαν οἱ ἅγιοι Πατέρες, οἱ ἐν τῇ Ἐφεσίῳ συνελθόντες· οἱ καὶ καθελόντες τὸν ἀσεβῆ Νεστόριον καὶ τοῦς τὰ ἐκείνου μετὰ ταῦτα φρονούντας. Ὅντινα καὶ ἡμεῖς Νεστόριον ἅμα Εὐτυχεῖ τάναντία τοῖς εἰρημένοις φρονούντας ἀναθεματίζομεν· δεχόμενοι καὶ τὰ ἑβ' κ' ἀ-

A solam rectam et veram fidem quam divina inspiratione Nicææ trecenti decem et octo sancti Patres congregati promulgaverunt, et Constantinopoli centum quinquaginta item sancti Patres coacti confirmaverunt, diu noctuque precationibus, studiis legibusque nostris omnibus hoc agimus, ut per eam ubique locorum sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia incrementa capiat, **675** quæ incorruptibilis et immortalis sceptrorum nostrorum mater, et pii populi nostri in pace religionis divinæ concordia persistentes, acceptabiles pro imperio nostro preces una cum Dei amantissimis episcopis et piissimis clericis et archimandritis et monachis fundant. Cum enim magnus Deus et Salvator noster Christus Jesus, qui ex sancta Virgine et Dei **B** Genitrice Maria incarnatus et natus est, glorificationem et sacrum cultum nostrum consentientem laudaverit, benigneque susceperit, tum gentes hostiles conterentur atque exstinguentur, et omnes colla sua imperio secundum Deum nostro submittent: pax etiam, et quæ ex pæce proveniunt bona, cæli salubritas, frugum ubertas, aliaque quæ hominibus commoda sunt, liberaliter suppeditabunt. Itaque cum fides irreprehensibilis et vos et imperium Romanum sic conservet, preces nobis a piis archimandritis et eremitis, aliisque venerandis viris oblatæ sunt: qui cum lacrymis nobis supplicarunt, ut unionem in sanctissimis Ecclesiis fieri, et membra membris conjungi, quæ honestatis pietatisque inimicus ab annis plurimis segregare est conatus, curaremus. Qui quidem inimicus bene novit, si **C** integro et conjuncto Ecclesiæ corpori bellum inferat, victum se iri. Nam ex hoc factum est, ut infinitæ gentes et generationes, quas tot annorum tempora ex hac vita subdulerunt, partim absque lavacri regeneratione obierint, partim sine divinæ communionis percèptione ad inevitabilem illam omnium migrationem transierint: et ut cædes innumerabiles patratæ sint, ita ut sanguinis unda non solum terra, verum etiam aer ipse contaminatus sit et infectus: quæ omnia quis est qui non in melius mutari exoptet? Quapropter scire vos volumus, neque nos, neque quæ ubique locorum sunt ecclesias, aliud symbolum, aut doctrinam aut formulam fidei, aut fidem etiam, præterquam quod **D** (sicuti dictum est) a trecentis decem et octo sanctis Patribus editum, et a centum et quinquaginta, quorum mentionem etiam fecimus, sanctis Patribus comprobatum est sanctum Symbolum, vel habuisse, vel habere, vel habituros esse, neque aliquos qui habeant scire: atque si quis etiam habeat, alienum illum putare. **676** Nam id solum Symbolum, quemadmodum diximus, imperium nostrum conservare confidimus. Et populi universi, qui salutarem consequuntur illuminationem, hoc solo recepto baptizantur. Hoc etiam secuti sunt sancti Patres Ephesi congregati, qui impium Nestorium et opinionis ejus postea sectatores condemnarunt, quem sane Nestorium una cum Eu-

tychete, quod diversa ab eis quæ dicta sunt sentiant, anathemate ferimus : duodecim etiam capita illa a sanctæ memoriæ Cyrillo sanctæ catholicæ Alexandrinorum Ecclesiæ archiepiscopo promulgata recipientes. Proftemur autem unigenitum Filium (1) Dei et Deum (qui vere homo factus est, Dominum nostrum Jesum Christum, qui consubstantialis est Patri secundum divinitatem, et idem consubstantialis nobis juxta humanitatem : et qui descendit et incarnatus est ex Spiritu sancto, et Maria virgine et Dei genitrice) unum esse, et non duos. Unius enim esse dicimus et miracula et perpressiones, quas sponte sua carne pertulit. Eos vero qui eum dividunt aut confundunt, aut phantasiam seu spectrum inducunt, haudquaquam approbamus. Et pura labisque peccati omnis expers (2), veraque, ex Dei Genitrice incarnatio accessionem Filii non attulit : et Trinitas, uno Trinitatis ejus Deo Verbo incarnato, Trinitas permansit. Cum igitur sciamus neque sanctas quæ ubique sunt, et orthodoxas Dei ecclesias, neque qui eis præsumunt Dei amantissimos sacerdotes, neque imperialem nostram sublimitatem symbolum aliud, aut fidei definitionem præter eam quam diximus sanctam doctrinam et formulam, vel antea tulisse, vel nunc ferre, conjunximus nos per unionem inter nos ipsos, nihil addubitantes, nihilque cunctantes. Atque hæc scripsimus, non ut novi quidquam de fide afferremus, sed ut vos per certam perfectamque doctrinam confirmaremus. Quemlibet vero qui aliud quidquam sensit, aut sentit, aut nunc, aut quacunque synodo alia, anathemati subjicimus : præcipue vero quos diximus, Nestorium et Eutychetem, et qui cum eis idem sentiunt. Conjungite ergo vos per unionem spirituali matri Ecclesiæ et divina ipsius in ea communionem fruimini, per eam quam diximus, unam et solam precentorum decem et octo sanctorum Patrum professionis fidei definitionem. Ipsa enim sanctissima mater vestra Ecclesia, vos ut germanos natosque filios, circumfusis ulnis amplecti desiderat, **677** et suavem vestram vocem aliquando tandem audire cupit. Itaque vos ipsos incitate atque urgeat. Quod si feceritis, tum Domini et Servatoris et Dei nostri Jesu Christi benignitatem vobis ipsis conciliabit, tum ab imperiali nostra amplitudine laudem eximiam feretis. » Quibus litteris lectis, Alexandrini universi sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ conjuncti unitique sunt : et quæcunque in medio fuere offensa cula et impedimenta, sustulere.

(1) Unum solummodo Christum Dei Patris Verbum cum propria carne cognoscimus. (Cyrill.)

(2) Genuit ex se Virgo corpus, sed quod conceptum esset ex Spiritu. (Hilar.) — In naturæ humanæ susceptione gratia quodammodo illi homini naturalis facta est, quæ nullum peccatum posset admittere. (Aug.) Et Gregor. Nazianz. Virginem matrem ante conceptionem Filii sui et anima et corpore cœlitus sanctificatam esse scripsit. — Talis

λαία τὰ εἰρημένα παρὰ τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης γινόμενου Κυρῶλου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων ἀγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ὁμολογοῦμεν δὲ τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεόν, τὸν κατὰ ἀληθῆ θείαν ἐνανθρωπήσαντα, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἀγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου καὶ Θεοτόκου, ἕνα τυγχάνειν καὶ οὐ δύο· ἐνὸς γὰρ εἶναι φαμεν τὰ τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἐκουσίως ὑπέμεινε σαρκί. Τοὺς γὰρ διαιρούοντας, ἢ συγχέοντας, ἢ φαντασίαν εἰσαγόντας, οὐδὲ ὅλους δεχόμεθα· ἐπίπερ ἢ ἀναμάρτητος κατὰ ἀληθείαν σάρκωσις ἐκ τῆς Θεοτόκου προσθήκην Υἱοῦ οὐ πεποιτήκε· μεμένηκε γὰρ Τριάς ἡ Τριάς, καὶ σαρκωθέντος· τοῦ ἐνὸς τῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου. Εἰδότες οὖν ὡς οὔτε αἱ ἅγαι πανταχοῦ ὀρθόδοξοι τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαι, οὔτε οἱ τούτων προϊστάμενοι θεοφιλέστατοι ἱερεῖς, οὔτε ἡ ἡμετέρα βασιλεῖα ἐτέρου συμβόλου ἢ ὅρου πίστει· παρὰ τὸ εἰρημένον ἅγιον μάθημα ἠνέσχοντο ἢ ἀνέχονται, ἠνώσαμεν αὐτοὺς μηδὲν ἐνδοιάζοντας. Ταῦτα δὲ γεγράφαμεν, οὐ καινίζοντες πίστιν, ἀλλ' ὕμᾶς πληροφοροῦντες. Πάντα δὲ τὸν ἕτερόν τι φρονήσαντα, ἢ φρονοῦντα, ἢ νῦν, ἢ πρόποτε, ἢ ἐν Χαλκηδόνι, ἢ οἴῃ δὴποτε συνόδῳ, ἀναθεματίζομεν· ἐξαιρέτως δὲ τοὺς εἰρημένους Νεστόριον καὶ Εὐτύχιον, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονοῦντας. Συνάφθητε τοῖνον τῇ πνευματικῇ μητρὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῆς αὐτῆς ἡμῖν ἐν αὐτῇ θείας ἀπολαύοντες κοινωνίας, κατὰ τὸν εἰρημένον ἕνα καὶ μόνον ὅρον τῆς πίστεως τῶν τιῆ' ἁγίων Πατέρων. Ἡ γὰρ παναγία μήτηρ ὑμῶν ἡ Ἐκκλησία καὶ ὡς γησίους ὑμᾶς υἱοὺς ἀπεκδέχεται περιπεύξασθαι, καὶ τῆς χρονίας καὶ γλυκείας ὑμῶν ἐπιθυμεί φωνῆς ἀκροάσασθαι. Ἐπειξάτε οὖν αὐτοὺς· ταῦτα γὰρ ποιοῦντες, καὶ τὴν τοῦ Δεσπότης καὶ Σωτῆρος καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐμένειαν πρὸς αὐτοὺς ἐφελκύσεσθε, καὶ παρὰ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἐπαινεθήσεσθε. » Ὅτι δὴ γραμμάτων ἀνεγνωσμένων οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου πάντες ἤνωστο τῇ ἀγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, τὰ ἐν μέσῳ σκόλᾳ τε καὶ προσκόμματα διαλύοντες.

Derat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, et hominem Deum. (Aug.) — Virgo carnem Christi non peperit de peccati propagine. (Id. sup. Joan. tract. 79.) Erronea ergo fuerit Magistri Sententiarum illa lib. III, dist. 3, sententia : *Sane dici potest, et credi oportet, juxta sanctorum attestations convenientiam, ipsam (carnem Verbi) prius peccato fuisse obnoxiam, sicut reliqua Virginis caro fuit.*

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Α

CAPUT XIII.

Ἦς Καλανθίων ὑπερόριος γίνεται, Πέτρος δὲ ὁ Κναφεὺς τῷ τῆς Ἀντιόχου αὐθις Ὀρόνῳ ἐπιπέθῃ· καὶ περὶ τοῦ παλιμβόλου ἡθους Πέτρου τοῦ Μογγοῦ.

Καλανθίων δὲ ὁ τῆς Ἀντιόχου πρόεδρος Ἀκακίῳ καὶ Ζήνωνι ἔγραφε, μοιχὸν τὸν Πέτρον ἀποκαλῶν διὰ τὰ γενόμενα· καὶ ὅτι καὶ ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου γενόμενος, ἀναθέματι τὴν ἁγίαν τετάρτην καθυπέβαλε σύνοδον. Ὅς διὰ ταῦτα πρόραψιν εὐληθῶς, ὡς τοῖς ἀποστάταις Ζήνωνος ἐπαμύνοι· Ἴλλῳ καὶ Λεοντίῳ καὶ Παμπρεπεῖ τυραννιώσιν, τὴν Ὄασιν οἰκεῖν κατακρίνεται. Καὶ Καλανθίων μὲν αὐθις τῆς Ἀντιόχου διὰ τοῦτο ἐκβάλλεται· ὁ δὲ Κναφεὺς Πέτρος, τέχνη τὰ πράγματα ὑπελθὼν, τῆς ἐφετῆς αὐτῷ καθέδρας τῆς Ἀντιόχου πάλιν καταξιοῦται, τῷ ἐνωτικῷ Ζήνωνος πρότερον ὑποσημηνάμενος. Καὶ πρὸς Πέτρον δὲ τὸν Μογγὸν τῆς Ἀλεξάνδρου ἐπισκοποῦντα ἀμοιβαίως συνοδικῶς ἐχρήσατο γράμμασιν. Ἐπίσης δὲ καὶ ὁ μετ' Ἀναστάσιον ὁ Ἱεροσολύμων Μαρτύριος τὰς κατ' ἔθος συνοδικὰς ἐκέλευε ἐπιστολάς ἐπεμψέν. Ἦνωται δὲ τοῦτω καὶ ὁ τῆς Κωνσταντίνου τὸν θρόνον διέπων Ἀκάκιος. Οὗ πολλοῦ δὲ χρόνου διεβήνηκότος, τινὲς τῶν τῆς Πέτρου τοῦ Μογγοῦ προτέρας μύθρας οὕτως ἔχοντα βλέποντες, τῆς ἐκείνου κοινωνίας διέστησαν· ὡς ἐκείνον βιασθέντα, τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐπ' ἐκκλησίας ἀναθεματίσαι, καὶ τὸ λίσσανον Τιμοθέου ἀνορύξαι. Ὁ μαθὼν Ἀκάκιος, ὁ τῆς Κωνσταντίνου, ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο, καὶ ἐν οὐ μετρίαις ἦν ταραχαῖς, ἐς τοσοῦτον, ὥστε καὶ τινὰς ἀνά τὴν Ἀλεξάνδρου ἐκπέμψαι εἰ γε ἀληθῆ τὰ λεγόμενα εἰσομένους. Οὗς ὁ Πέτρος ἐξακριβοῦμενος, ἐπιπροφῆρει μὴδὲν τοιοῦτον διαπεπραχῶς· καὶ τὰ πλῆθη συνάγων, ὑπομνήματα ἔγραψεν, ὧν ἡ δύναμις ἔγγραφος ἔκειτο, ὡς ἄρα εἴη Πέτρος τῶν ἡκουσμένων μὴδὲν τι διαπραξάμενος. Οὗτος ἐξ ἄρα ταῖς ἀληθείαις κθορονός τις ἢ Πρωτεύς Φάριος ὢν, Εὐριπὸς τε καὶ παλιμβολος, ἐν οὐδεμίᾳ καθίστατο γνώμη· ἀλλ' αἰεὶ πρὸς τὸ δόξαν μετεβρύθμιζετο τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασιν, νῦν μὲν τὴν ἐν Χαλκηδόνι προσιέμενος σύνοδον, νῦν δὲ ὡσπερ παλινωδῖαν ἄδων, καὶ ψήφοις ἀπάσαις ἐκβάλλων ταύτην καὶ παραδιδούς ἀναθέματι. Ἐξ ὧν δ' Ἀκακίῳ τῷ τῆς Κωνσταντίνου γράφει προέδρῳ μόλις τὸν ἐκείνου δόλον φωράσαντι, δῆλος γεννήσεται. Γράφει δ' ἐπὶ λέξεως οὕτως·

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Ἐπιστολὴ Πέτρου τοῦ Ἀλεξανδρείας, Ἀκακίῳ σταλεῖσα τῷ ἐπισκόπῳ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων.

Ὁ Θεὸς ὁ ὑψίστος τὴν σὴν ἀγιωσύνην ἀμείψεται, ὑπὸ τε πόων καὶ καμάτων τοσοῦτων, ὧν περιμύδους χρόνων ἐφύλαξας τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων πίστιν, ἣν ἀκαταπαύστως κηρύττων ἐδεβαίωσας· ἐν ἧ καὶ τὸ σύμβολον κείμενον τῶν τιῶν ἁγίων Πατέρων εὐρόντες, ἀκλουθῶν· ἐν ᾧ βαπτισθέντες ἐπι-

Ut Calandion in exsilium sit actus. et Petrus Cnapheus in ejus rursum insilierit sedem : et de instantibus ac versipellis Petri Moggi moribus.

Porro Calandion Antiochenus antistes ad Acacium et Zenonem scripsit, et Petrum in exilium vocavit, cum propter ea quæ de illo accidissent, tum quod Alexandriae anathema in sanctam quartam synodum conjecisset. At Calandion, quod per eam causam occasionem arripuit, ut Illi et Leontii et Pamprepis, qui a Zenone defecerant et tyrannidem affectabant, partes foveret, ad Oasim exsilii causa incolendam damnatus est. Atque ille quidem idcirco rursum Antiochia ejectus, Petrus autem Cnapheus, fraude in negotio peragendo usus, in desideratam sibi Antiochenam sedem rursum inductus est, postquam henotico Zenonis subacripsit. Dedit is ad Petrum Moggum Alexandriae episcopum, et vicissim ab eodem accepit synodales litteras. Martyrius itidem Anastasii Hierosolymis successor, ad eum more recepto epistolas ejusmodi misit. Conjunctus quoque ei est, qui Constantinopolitanam gubernabat Ecclesiam, Acacius. Verum non multum intercessit temporis, et nonnulli qui Petri Moggi partium fuerant, cum eum consilium mutasse viderent, a communione ejus secesserunt : unde factum est, ut Chalcedonensem synodum in ecclesia anathematis sententia damnasset, et Timothei cadaver effodisset. Eam rem ubi Acacius Constantinopolitanus audivit, graviter factum id tulit, et magnopere est perturbatus : 678 adeo certe, ut quosdam Alexandriam mittendos duxerit, qui rei veritatem cognoscerent. Eos vero Petrus postquam diligenter inquisitos adesse rescivit, certiores fecit, nihil se earum rerum admisisse : et multitudine quadam contracta, attestations conscripsit, quæ indicabant, Petrum nihil earum quæ audite essent rerum, fecisse. Ille vero re ipsa veiuti cothurnus quidam, aut Proteus Pharius atque Euripus, versipellis scilicet homo, fuit, et sibi ipsi non constitit, verum pro eo atque ei visum esset, semper se temporibus et rebus ipsis accommodavit. Et aliquando quidem Chalcedonensem synodum comprobavit, aliquando autem perinde atque palinodiam canens, calculis omnibus rejecit, et anathemate Acacium Constantinopolitanum episcopum, qui doli ejus per inquisitionem scrutatus est, de-

CAPUT XIV.

Epistola Petri Alexandrini ad Acacium missa, imperantis urbis episcopum.

Altissimus Deus remunerabitur sanctitati tuæ labores et sudores tantos, quos tot annorum curculis, fidei sanctorum Patrum professione conservanda subiisti : quam sane assidue prædicans confirmasti. In ea symbolum quoque sanctorum trecentorum decem et octo Patrum recte positum

reperimus : in cujus scilicet professione baptizati, et antea credimus, et nunc quoque ei credimus. Id quod etiam comprobantur centum et quinquaginta sancti Patres, qui Constantinopoli congregati fuere. Itaque cum assidue omnibus in recta via praeas, per unionem sanctam Dei conjunxisti Ecclesiam, et nobis certissimis argumentis persuasisti, nihil esse contra hanc actum in sanctissima universali synodo Chalcedone celebrata; quippe quae cum sanctis Nicænis Patribus concordet, eorumque decretum confirmet. Et cum in actis Chalcedonensibus novi nihil reperissemus, sponte nostra illis assensimus et credidimus. Cæterum certiores facti sumus, monachos quosdam, qui conjunctioni nostrae fraternæ invident, de injuriis criminibusque quibusdam ad vos retulisse, quibus tamen illi non facile sanctitatem vestram permovere. Primum, quod reliquias ejus qui in sanctis est Patris nostri beati archiepiscopi Timothei in locum alium transtulerimus : quod factum neque Deo placet, neque legibus convenit. **679** Deinde, ad crimen aliud quod non consistit, et priore illo deterius est, pervenere. Quomodo namque anathema jaculari in sanctam Chalcedonensium synodum potuimus, cui credidimus, et quam confirmavimus? Non latet autem pietatem vestram etiam ad novas res spectantium motus : qui cum in animo habeant, cum quibusdam consulta animi destinatione improbis ab Ecclesia resilire, populum secum avellere conantur. Porro vestris adiuti precibus, re deliberata, rationem quæ mederi malo imminenti posset, invenimus, nihil sanctæ Chalcedonensi synodo, in qua nihil novi scimus esse actum, derogantem, atque ut simplicibus persuaderemus factumque nostrum defenderemus, effecimus, ut ab iis qui nobiscum conventus agunt, ista dicerentur. Atque in eo cum totis essemus, mox etiam prohibuimus. Certiorem vero sanctitatem vestram facio, ne nunc quidem cessare eos qui semper zizania seminant, monachos : et tanquam istrumenta sibi asciscere quosdam, qui monasteria non incolunt, sed passim vagantes, eumores varios contra nos et ecclesiasticam Christi pacem et tranquillitatem spargunt : neque nobis, pro eo atque decet, canonice quidquam in sancta Dei catholica Ecclesia facere permittunt, illudque sedulo agunt, ut nobis populus hic potius imperet, quam pareat, et omnia moliantur, quæ Deo indigna sunt, et indecora facere student. De sanctitate autem vestra nobis persuademus, eam omnia ad sacratissimum orbis terrarum dominum relaturam, curaturamque esse, ut constitutio a serenitate ejus edatur, in qua de ecclesiastica pace, ea quæ et Deum ipsum et imperatorem deceant, et in quibus omnes acquiescant, præcipiat. Atque hæc colthurnus ille Petrus, homo inconstans et versutus, fraudulentem ad Acacium scripsit.

στεύσαμεν καὶ πιστεύομεν. Ὅπερ καὶ ἐβεβαίωσαν οἱ συνελθόντες ἐν Κωνσταντινουπόλει ἅγιοι Πατέρες ῥν'. Ἀκαταπαύστως τοίνυν πάντας ὁδηγῶν, ἤνωσας τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, πείσας ἡμᾶς διὰ μεγίστων ὑποδειγμάτων, ὡς οὐδὲν ἔστι παρὰ ταῦτα πεπραγμένον ἐν τῇ ἀγιωτάτῃ καὶ οἰκουμένηκῃ συνόδῳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι γενομένη, συμφωνούσῃ καὶ βεβαιούσῃ τὰ τοῖς ἐν Νικαίᾳ ἁγίοις Πατράσιν. Οὐδὲν γὰρ εὐρόντες καινόν, αὐτοτελῶς συνεστήσαμεν καὶ πεπιστεύκαμεν. Μεμαθήκαμεν δὲ, ὡς τινες μονάζοντες, φθονοῦντες τῇ ἡμῶν ἀδελφότητι, εἰς τὰς ὑμῶν ὁσίας ἀκοῆς εἰσήνεγκαν λοιδορίας τινὰς, οὐκ εὐχερῶς μεταγούσας εἰς λύπην τὴν ὑμῶν ὁσιότητα. Καὶ πρῶτα μὲν, ὡς τὰ λείψανα τοῦ ἐν ἁγίοις ἡμῶν Πατρὸς τοῦ μακαρίου ἀρχιεπισκόπου Τιμοθέου μεταγέγκαμεν εἰς ἕτερον τόπον ὅπερ πρᾶγμα οὕτε Θεῷ οὕτε νόμοις πρέπον ἔστι· καὶ ἐπὶ τούτοις εἰς ἕτερον μετεπέδησαν ἀσύστατον καὶ προτέρου χεῖρον. Πῶς γὰρ ἀναθεματίζειν εἰχομεν τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον, ἣ πιστεύσαντες ἐβεβαίωσαμεν; Οὐκ ἀγνοεῖτε δὲ, οὐδὲ λήληθε τὴν ὑμῶν θεοφιλίαν τῶν παρ' ἡμῖν λαῶν ὁ ζήλος καὶ ἡ ἐλαφρία, καὶ τῶν νεωτερίζειν ἐθελόντων μοναζόντων· οἵτινες μελετήσαντες ἅμα τισὶν ἐθελοκάκοις τῆς Ἐκκλησίας ἀποσκιρτῆσαι τοὺς λαοὺς ἀποσπᾶν ἐπιχειροῦσι· καὶ διὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν ἐπικεψάμεθα λόγον θεραπείας ἐχόμενον, μηδὲν βλάπτοντα τὴν ἁγίαν σύνοδον τὴν ἐν Χαλκηδόνι· εἰδότες οὐδὲν καινὸν ἔχειν αὐτῇ πεπραγμένον καὶ πρὸς πεισμοσύνην τῶν ἀκρατίων καὶ ἀπολογίαν τοὺς ἐπισυνελθόντας ἡμῖν, τοῦτο λέγειν πεποιθήκαμεν. Καὶ τοῦτο μὲν πολὺς γενόμενος, ταχέως ἐκύλυσα· γνωρίζω δὲ τῇ ὑμῶν ἀγιωσύνῃ, καὶ μέχρι καὶ νῦν οὐ παύονται οἱ τὰ ζιζάνια σπειρόντες· ἀεὶ μονάζοντες, ὄργανα ἑαυτοῖς ἔγκαταμίξαντες τινῶν μοναστηρίᾳ ποτε μὴ οἰκησάντων. Καὶ περιέρχονται φήμας θρυλλοῦντες διαφόρους καθ' ἡμῶν, καὶ κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς τοῦ Χριστοῦ εἰρήνης, καὶ μηδὲν ἡμᾶς συγχωροῦντες κανονικῶς καὶ πρεπόντως τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ πράττειν, παρασκευάζοντες τοὺς παρ' ἡμῖν λαοὺς μᾶλλον ἄρχειν ἡμῶν, ἢ περ πείθεσθαι ἡμῖν· καὶ θέλουσι ποιεῖν, ὅσα μὴ πρέπει Θεῷ. Πιστεύομεν δὲ ὡς ἡ ὑμῶν ἀγιωσύνη διδάξει πάντα τὸν θεϊότατον δεσπότην τῆς οἰκουμένης· καὶ παρασκευάσει, ὥστε τύπον αὐτοῖς παρασχεθῆναι παρὰ τῆς αὐτοῦ γαληνότητος, τὰ δέοντα περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης προποῦσης Θεῷ τε καὶ βασιλεῖ, ὥστε πάντα ἐν τούτοις κατευνάξῃ. Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν ὁ κόσμορος Πέτρος δολίως· Ἀκακίῳ ἐπέστειλεν, ἀσταθῆς τὴν γνώμην ὦν καὶ παλλμβολος.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

A

CAPUT XV.

Ὁ Ἰωάννης Ἀλεξανδρείας ὁ Ταβεννησιώτης εἰς Ῥώμην γενόμενος, πείθει Φήλικα τὸν Ῥώμης Ἀκακίῳ τῷ τῆς Κωνσταντινου σχεδιάσαι καθαιρεσιν.

Ut Joannes Tabennesiotes Alexandriae episcopus, Romam profectus, Felici Rom. episcopo persuaserit, ut is Acacio repente episcopatum abdicaret.

Ἰωάννης δὲ ὁ τῆς Ἀλεξάνδρου ὁ Ταβεννησιώτης, οὗ καὶ ἀνόπιν μυελαν ἐποίησάμην, φεύγων τὴν πρεσβυτέρων καταλάμβανε Ῥώμην, καὶ ἀνέσειεν ἐκταρίστων, τοῦ οικείου θρόνου λέγων διαπεσεῖν, ὡς τὸν Λέοντος δογματῶν ὑπερμαχῶν, καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἄλλον δὲ τίνα ἐφ' ἅπασιν οὕτως ἀντίπαλον καταστήναι. Δι' ἃ ταραχθεὶς Σιμπλικίος, ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος μετὰ Λέοντα, πρὸς Ζήνωνα ἔγραψε, τὸ τῆς ἐκβολῆς παράλογον αἰτιώμενος. Ζήνων ἐκ ἀνταπέστειλε, μὴδ' ἄλλο τι ἀποβέβηται τοῦ θρόνου φάσκων, ἢ ὅτι ἐπιτοκίας ἐάλω ἐχλήματι. Ἐπεὶ δὲ Φήλιξ Σιμπλικίον διεδέχετο, οὐκ ἀνίει ὁ Ἰωάννης ἀεὶ ἐνοχλῶν περὶ τῶν Πέτρῳ γεγεννημένων, καὶ ὅτι περ' Ἀκάκιος ὁ τῆς Κωνσταντινου, ἔν πρότερον ὡς αἰρετικὸν ἐξετρέπετο, νῦν μάλα προσέεται. Καὶ συχνῶς ἐπιὼν, μόλις ἐπειθε Φήλικα, καθαιρεσιν Ἀκακίῳ σχεδιάσαι, ὅτι περ κοινωθήσει Πέτρῳ τῷ Μογγῷ. Ὅ μὴ κατὰ παράδοσιν γεγεννημένον ἐκκλησιαστικὴν, καθὼς Ζαχαρίας ἱστορηται, μοναχοὶ τινες ἐκ τῆς τῶν Ἀκοιμήτων μονῆς Ἀκακίῳ ἐπιδεδώκασιν. Ὁ δ' Ἀκάκιος οὐ προσήκατο. Ἔοικε δὲ Ζαχαρίας μὴδὲν τῶν πεπραγμένων εἰδέναι, ἀκοῆν δὲ μὴν ἄφηγεσθαι ἠκρωτηριασμένην. Ἐγὼ δ' ἀκριβῶς εἰδὼς διηγήσομαι.

Joannes autem Alexandriae episcopus Tabennesius, cujus antea quoque fecimus mentionem, cum inde profugisset, Romam venit, et turbam isthic concivit, propterea se throno suo excidisse dicens, quod Leonis doctrinam et Chalcedonensem synodum defenderet, aliumque qui ab his prorsus diversum sentiret, 680 in locum suum substitutum esse. Querela ea permotus Simplicius Romae post Leonem episcopus, ad Zenonem illegitimam Joannis ejectionem reprehendens scripsit eique Zeno, non aliam illum ob causam sede sua expulsum esse, quam quod perjurii compertus esset, rescripsit. Postquam Simplicio Felix successit, non intermisit Joannes molestus illi esse, de Petro, quem Acacius Constantinopolitanus prius tanquam haereticum rejectum, tum admodum complecteretur, referens. Et cum frequentius ei instaret, tandem Felici persuasit, ut litteras statim ederet, in quibus Acacio, quod cum Petro Moggo communionem haberet, dignitatem abrogavit. Quas litteras contra ecclesiasticam traditionem compositas, sicuti Zacharias scribit, monachi quidam ex Insomnium sodalitate, Acacio obtulerunt. Acacius autem non recepit. Porro Zacharias solum truncatum exponere videtur (1). Ego vero

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

C

CAPUT XVI.

Περὶ τῶν γενομένων μεταξύ Φήλικος καὶ Ζήνωνος διὰ τὸν Ἀκάκιον καὶ περὶ Κυρίλλου ἡγουμένου μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων. Καὶ ὡς καθηρέθησαν οἱ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις πρὸς τῆς ἐν Ῥώμῃ συνόδου, καὶ Ἀκάκιος ὁ τῆς Κωνσταντινου.

Quae propter Acacium inter Felicem et Zenonem acciderint. De Cyrillo, caenobii Insomnium monachorum praefecto et antistite. Ut Rom. legati et Acacius Constantinopolitanus a synodo Rom. dignitatibus suis privati sint.

Δέδωκε μὲν λιβέλλους ὁ Ἰωάννης τῷ Φήλικι κατὰ Ἀκακίου, ὡς παρὰ λόγον κοινωνοῖη τῷ Πέτρῳ, καὶ περὶ τιῶν ἄλλων μὴ κατὰ θεσμὸν Ἐκκλησίας ἐκείνῳ γεγεννημένων. Καὶ στέλλει Φήλιξ πρὸς Ζήνωνα Βιτάλιον καὶ Μισήνον τοὺς ἐπισκόπους, διαταττόμενος, τὴν μὲν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀπάσαις ψήφοις κρατεῖν, Πέτρον δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου ἀπελαθῆναι, ὡς μὴ ὑγιῶς περὶ τὴν ὀρθοσκεῖαν ἔχοντα· ἐς Ῥώμην δὲ πεμφθῆναι Ἀκάκιον, ἠντιδικασόμενον Ἰωάννη ὑπὲρ ὧν ἐνάγοι, ἢ ἀπολογησόμενον, ἢ τὰς ἀνηκούσις εὐθύνας ὑπέχοντα. Πρῆν δὲ Βιτάλιον καὶ Μισήνον τοὺς ἐκ Ῥώμης ἦχοντας φθάσαι τὴν βασιλεύουσάν, ὁ τῆς τῶν Ἀκοιμήτων μονῆς πρεσβύτης Κύριλλος πρὸς Φήλικα φθάσει στέλλων, τὸν πάπαν ἐπαιτιώμενος, τῇ τοσαύτῃ βραδυτῆτι τοσοῦτων περὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας θεσμῶν νεωτερισθέντων. Φήλιξ δὲ τὰ γράμματα Κυρίλλου δεξάμενος, τοῖς πρέσβεσιν ἔγραψε, μὴδὲν τι πράξει, πρὶν ἢ Κυρίλλῳ συγγένοιτο, καὶ τὸ ποιητέον παρ' αὐτοῦ διαγνώσιν· ὑπομνήσεις τε ἄλλας πρὸς Ζή-

Joannes libellos supplices Felici adversus Acacium, quod praeter rationem cum Petro communicaret, et res plerasque alias non ex praescripto sanctionum ecclesiasticarum ageret, dedit. Et Felix ad Zenonem Vitalem et Miscenum episcopos misit, cum mandato et decreto hujusmodi, ut Chalcedonensis synodus calculis omnibus obtineret: Petrus, ut qui non sanam coleret religionem, Alexandria ejiceretur: et Acacius Romam mitteretur, cum Joanne in judicio, si quam haberet actionem, experturus, aut convenientes poenas daturus. Prius autem quam Vitalis et Miscenus Roma Constantinopolim venerunt, sodalitates Insomnium praefectus Cyrillus ad Felicem papam scripsit, moram ejus tantam accusans, per quam tot res novae in ecclesiasticis constitutionibus inducerentur. Litteris ejus acceptis, Felix legatis suis scripsit, ne quid prius agerent, 681 quam Cyrillum convenissent, et ab eo quid agendum esset cognovissent. Dedit quoque alias ad Zenonem

(1) Evagr. lib. iii, cap. 18.

litteras, quibus illum de synodo Chalcedonensi, et de ea quam in Africa Honorichus concitaverat, persecutione admonebat (1). Quin et ad Acacium scripsit, maximam eum novatarum in Ecclesia rerum causam esse dicens. Zeno eadem quæ antea Felici rescripsit, Joannem scilicet frustra illi molestiam exhibere, qui haudquaquam se thronum Ecclesiæ Alexandrinæ conscensurum esse juraverit, jurisjurandi religionem violarit, episcopatum per sacrilegium arripuerit, et alia gravia facinora commiserit. Nec Petrum Moggum, inquisitione nulla præeunte ad sedem pervenisse, sed illum priusquam eum acceperit, manibus suis fidei Nicænorum Patrum quam comprobavit subscripsisse : cujus fidei vestigiis Chalcedonensis etiam synodus inuitatur. Illud quoque verbis hisce Zeno scripsit : « Debes certo cognoscere, et nostram pietatem et Petrum sanctissimum, de quo ante dictum est, et omnes sanctissimas ecclesias recipere et colere Chalcedonensem sanctam synodum, quæ cum professione fidei Nicænæ synodi concordat. » In rerum istarum actis, ejus quem nominavimus Cyrilli, aliarumque in urbe imperiali archimandritarum, atque etiam Ægyptiæ diocæsis episcoporum et clericorum, ad Felicem contra Petrum et eos qui cum eo communicabant, veluti hæreticos, datæ epistolæ reperiuntur. Et nonnulli ex Insomnium monasterio Romam profecti, apud Felicem de Miseno et Vitali questi sunt, quod ad adventum usque eorum Byzantii clam et occulte Petri nomen in sacris codicillis fuisse, atque ex eo tempore ad eum usque diem esset, et quod propalam ferretur, contra canones Vitalem et Misenum eum Petro et Acacio commercium et communionem habere. Ægyptiorum quoque epistolæ eadem significabant. Et præterea, Joannem quidem orthodoxum esse, recteque sentire, et sedem secundum canones recepisse : Petrum autem a duobus tantum qui eandem pravam opinionem secuti fuissent, ordinatum esse eundemque post Joannis discessum nihil rerum gravium adversus orthodoxos agere intermisisse. **682** Hæc omnia cum Acacius ex eis qui Byzantium Romæ venerant, cognovisset, tantum abest ut auctoritate sua rebus hujusmodi, cum facile posset, intercesserit, ut etiam administrum se Petri actionum præbuerit, et fere omnes cum illo communicare coegerit. Quæ omnia adauxit, et vera esse confirmavit Symeones ille ex Insomnibus ad Felicem missus, qui aperte Misenum et Vitalem quod cum hæreticis communicassent convicit, quodque ipsis præsentibus propalam Petri nomen ex sacris tabulis promulgatum esset, cum ne per prætextum quidem graviter se id illi ferre ostendissent. Quapropter factum, ut permulti ex simplicioribus ab hæreticis seducti sint, qui a Romana etiam sede receptum esse Petrum dixerunt. Adidit et illud Symeones,

et cum ambigue abdicasset, ex violentia episcopo-

rum, qui schisma adversus eum effecerant, ex quorum numero quidam ab eo ordinati fuerant, ejectus est.

Theodotus monachus et abbas monasterii Sanctæ Christi Resurrectionis, sub imperatore Manuele annis 2.

Constantinus Chliarenus diaconus et sacellarius Magnæ Ecclesiæ annis 2, eodem imperante.

Lucas monachus Chrysoberges, sub eodem Manuele, annis 15, mensibus 3.

Michael diaconus et sacellarius Magnæ Ecclesiæ, Anchialinus et supremus philosophorum eodem imperante, annis 8, mensibus 2.

Chariton monachus nobilissimus abbas Mangaronum mensibus 11.

Theodosius Borradiotes sub eodem imperatore et Andronico Comneno annis 6, et abdicavit ob imperatoris [iram.]

Basilus diaconus et chartophylax Magnæ Ecclesiæ, cognomento Gamaterus et Phyla opulus, sub Andronico patriarcha fuit, et ab Isaacio Angelo expulsus est, ne alium coronaret, qui se coronaverat. Occasione autem depositionis fuit, quod projectis in caput mulieris (pannis) benedictionem fecisset. Patriarchatum vero tenuit annis 2, et dimidio

Nicetas Muntines diaconus, magnus sacellarius Magnæ Ecclesiæ, eodem imperante Isaacio, annis 3, diebus 10. Expulsus autem est, accusatus quod **C** sacra faciens in bemate minxisset.

Dositheus Hierosolymorum patriarcha, diebus 9, et statim expulsus est episcoporum et clericorum opera, eodem Isaacio imperante, et inducitur.

Leontius, Theocites dicitur, abbas sanctorum Apostolorum in colle S. Auxenti, de quo dicebat imperator, Deiparam illum sibi noctu ostendisse. Sedem tenuit mensibus 9, et abdicatione facta depositus est, dicente iterum Isaacio imperatore: Deipara ita jubet. Et in thronum ascendit.

Dositheus primum patriarcha Hierosolymorum, qui episcopatum tenuit anno uno et dimidio. Sed schismate illius causa magis ac magis prevalente, **D** iterum deponitur, et Hierosolymam concedit, atque rursus utrumque thronum abdicavit.

Georgius Xiphilinus diaconus et magnus vasorum custos, eodem imperante, annis 6, mensibus 9, diebus 27, et detonsus est in monasterio Phryganorum, quod extruxerat, sub imperio Alexii Angeli, fratris Isaacii.

Joannes diaconus et chartophylax Gamaterus sub eodem Alexio, usque ad captam Constantinopolin, annis 5, mensibus 8, diebus 7. Vixit autem Hadriano- poli post captam urbem annis duobus, mensibus 2, diebus 14, et obsidentibus Latinis ex aquæ penuria obiit, cum antea, postulantibus iis qui Nicææ erant et Theodoro Lascari, abdicasset.

A σχισμάτων αὐτὸν, πολλῶν θυτῶν ἀρχιερέων, ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς τινὰς ἐχειροτόνησε, ἐξεδίχθη.

Θεόδοτος μοναχὸς καὶ καθηγούμενος τῆ ἀγίας μονῆς τῆς ἀγίας τοῦ Χριστοῦ Ἀνοστάσεως. ἐπὶ τοῦ βασιλέως Μανουῆλ, ἔτη β'.

Κωνσταντῖνος διάκονος καὶ σακελλάριος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, ὁ Χλιαρηνὸς ἔτη β', ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως.

Λουκάς μοναχὸς καὶ Χρυσοβέργης ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Μανουῆλ, ἔτη ιε', μῆνας γ'.

Μιχαὴλ διάκονος καὶ σακελλάριος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ὁ τοῦ Ἀρχιῆλου καὶ τῶν φιλοσόφων ὁμοιωτὸς ἐπὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας ἔτη η', μῆνας β'.

Χαρίτων μοναχὸς ὁ εὐγενιώτατος ἡγούμενος τῶν Μαγγάρων μῆνας ια'.

B Θεοδόσιος ὁ Βορραδιώτης ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ Ἀνδρονίκου τοῦ Κομνηνοῦ, ἔτη ς' καὶ παρητήσατο διὰ τὴν βασιλείωσιν

Βασίλειος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ὁ . . . Καματηρὸς ὁ καὶ Φυλακόπουλος γέγονεν ἐπὶ Ἀνδρονίκου. Κατεβιβάσθη δὲ ὑπὸ Ἰσαακίου τοῦ Ἀγγέλου, μήπως ἕτερον στέψη ὅς καὶ αὐτὸν ἔστρεψε. Ἡ δὲ πρόφασις αὐτοῦ, ὅτι εἰς μεγάλην γυναικὸς βίβλας [τὰ βράχη] . . . εὐλογίαν ἐποίησε. Ἐράτευσεν δὲ ἔτη β', ἡμῖσι.

Νικήτας γέρον διάκονος ὁ μέγας σακελλάριος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ὁ Μοντάνης ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας Ἰσαακίου ἔτη γ', καὶ ἡμέρας ι'. Κατεβιβάσθη διὰ βλάβης ὅτι ὑβρίσεν λειτουργῶν ἕνδον τοῦ βήματος.

Δοσίθεος ὁ ἀπὸ Ἱεροσολύμων πατριάρχης ἡμέρας θ', καὶ κατεβιβάσθη εὐθύς διὰ τὸ μέσον τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν κληρικῶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Ἰσαακίου, καὶ ἀνάγεται

Λεόντιο, ὁ λεγόμενος Θεοτοκίτης ἡγούμενος τῶν ἀγίων Ἀποστόλων ἐν τῷ βουνῷ τοῦ ἁγίου Λαζαρίου. Περὶ οὗ [ἔφασκεν] ὁ βασιλεὺς ὅτι ἡ Θεοτόκος νοκτῆς αὐτὸν τῷ βασιλεὶ ἔδειξε, μῆνας ἑπτὰ, καὶ ἐξεβλήθη παραίτησιν δοῦς, πάλιν εἰπόντος τοῦ βασιλέως Ἰσαακίου, Ἡ Θεοτόκος οὕτω καλεῖται. Καὶ ἀνεῖσι τὸν θρόνον.

Ὁ Δοσίθεος ὁ πρωτοπατριάρχης Ἱεροσολύμων, καὶ ἐπεσόκησεν ἔτος α' ἡμῖσι. Τοῦ δὲ σχίσματος . . . δι' αὐτὸν αὐξάνοντος, πάλιν κατεβιβάσθη καὶ εἰς Ἱεροσόλυμα γέγονε, καὶ πάλιν ἀμφοτέρους τοὺς θρόνους παρητήσατο.

Γεώργιος διάκονος καὶ μέγας σκευοφύλαξ ὁ Ἐφίλινο, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, ἔτη ς', μῆνας θ', ἡμέρας κς' καὶ ἀπεκάρη ἐν τῇ μονῇ τῶν Φρυγανῶν ἣν ὠκισμένην ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Ἀγγέλου Ἀλεξίου τοῦ ἀδελφοῦ Ἰσαακίου.

Ἰωάννης διάκονος ὁ χαρτοφύλαξ ὁ Καματηρὸς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Ἀλεξίου μέχρι ἀλώσεως Κωνσταντινουπόλεως ἔτη ε', μῆνας η', ἡμέρας ς'. Ἐζήτησε δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀλωσιν τῆς πόλεως ἔτη β', ἐν Ἀδριανουπόλει μῆνας β', ἡμέρας ιδ', καὶ ἐνώσθη ὑδάτι ἀπὸ τῆς ἐπιθέσεως τῶν Λατίνων τελευταίᾳ. Πρώτηρον δὲ ζητήσθαι ὑπὸ τῶν ἐν Νικαίᾳ καὶ τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι παρητήσατο.

Ἔγωνα δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἄλωσις παρὰ τῶν Λατίνων ἐν τῷ ςψβ' ἔτει, μηνὶ Ἀπριλίῳ ιβ', ἡμέρᾳ ζ', ἰνδ. ζ', τῆ ς' ἐβδομάδι των νηστεῶν.

Μετὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἄλωσιν ἐν Νικαίᾳ πρῶτος γίνεται παρὰ τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι κατὰ τὴν κ' τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς θ' ἰνδ. ὁ μέγας τῆς Ἐκκλησίας σακελλάριος Μιχαὴλ ὁ Ἀθωριανός, καὶ ἀρχιερατεύσας ἔτη ς', μῆνας ε', καὶ ἡμέρας ς' ἐτελεύτησεν.

Καὶ ἐχθρεύσεν ὁ θρόνος μῆνας ι' ἡμῖσι, διὰ τὸ ἀποδημεῖν τὸν βασιλέα εἰς τὸ θρηκῆσιον· καὶ κατὰ τὴν κη' τοῦ Σεπτεμβρίου τῆς β' ἰνδ. ἡμέρᾳ α' προσεβλήθη ὁ ὕπατος τῶν φιλοσόφων καὶ χαρτοφύλαξ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Θεόδωρος ὁ Εἰρηνικός λεγόμενος Κωπᾶς. Καὶ τελευτᾷ ἐπισκοπήσας ἔτος α', μῆνας . . . ἡμέρας γ'.

Καὶ ὄντος τοῦ βασιλέως Λάσκαρι ἐν τῷ θέματι Θρακῆσιῳ, ὤρισαν οἱ ἀρχόντες τῆς Ἐκκλησίας καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐγγράφως γνωμοδοτῆσαι, καὶ προσεβλήθη διὰ προστάγματος ὁ καθηγούμενος τῆς μονῆς τῶν Ἀκουμήτων Μάξιμος. Καὶ ἐλθόντος τοῦ βασιλέως πάλιν καὶ παρ' αὐτοῦ ὡς ἔθος προσεβλήθη κατὰ τὴν γ' τοῦ Ἰουνίου μηνός. Ἦν δὲ ἀμαθὴς λόγων περὶ τὴν γυναικωτίν ἐσχολακῶς, φυγὰς γενόμενος πρότερον ἐκ τῆς πόλεως καὶ πνευματικῶς χρηματισθεὶς τοῦ βασιλέως. Ἰερότευσε δὲ μῆνας ς', καὶ θνήσκει. Οὗτος, κατὰ τῶν Νικαίων διήγειρε τὸν βασιλέα.

Μανουὴλ δ. ἀκονος ὁ Σαραντηνός ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, ὁ λεγόμενος Φιλόσοφος, ἔτη ε', μῆνας ζ'.

Γερμανός ὁ σοφώτατος καὶ ἀγιώτατος ἐκ τοῦ Ἀνάπλου ὀρμώμενος, ἀλιέως, ὡς φασὶ, παῖς, διάκονος μὲν πρότερον τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας γενόμενος, μετὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἄλωσιν εἰς μονάζοντα κληρεῖ, ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀχυράνην μονῇ τοῦ ἁγίου Γεωργίου τοῦ Πανευμόρφου. Τοῦτον Ἰωάννης ὁ Δούκας Βατάτζης ἀνάγει. Καλῶς δὲ τὴν Ἐκκλησίαν καὶ ὁσίων ἐποίησε, κατὰ Λατίνων γράψας, καὶ λόγους ἑτέρους. Μετεκλήθη δὲ ὀνήσκων Γεώργιος μοναχός. Ἰεράτευσε δὲ χρόνους ιη', καὶ θάπτεται ἐν Νικαίᾳ τῇ μονῇ τῆς Κυριωτίσσης, πολλὰ θαύματα ἐργαζόμενος.

Μεθόδιος ἡγούμενος τῆς τοῦ Ὑακίνθου μονῆς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Ἰωάννου Δούκα μῆνας γ', καὶ θανάτων ἐν τῇ μονῇ αὐτοῦ θάπτεται τοῦ Ὑακίνθου. Οὗτος πολλὰ εἰδέναι οἰόμενος, ὀλίγων ἦν ἴδρις.

Θανόντες τούτου ὁ θρόνος ἐπὶ χρόνοις ἱκανοῖς ἔρημος ποιμένος ἐγένετο.

Μανουὴλ ἕτερος ὁ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Ἰωάννου πρωτοπάππας· ἐκ βίου διηνεκῶς παιδεία, ἔχων τῆς ἑξωθεν, ἔ.η. ια', καὶ ἐτελεύτησεν.

Ἀρσένιος μοναχός ὁ Ἀθωριανός ἐν Ἀπολλωνιάσι τῇ λίμνῃ ἀσκούμενος, εἶτα ἐπὶ Θεοδώρου τοῦ Λασκάρι ἐγκυκλίων γραμμάτων ἱκανῶς ἐμπειρος, ὃς προβλήθει· ἀναγνώστης καὶ διάκονος κατ'ἑρεῖας

A Capta autem a Latinis fuit Constantinopolis anno 6712 (id est, Christi 1204), men-e Aprilii, Feria septima, indictione 7, sexta hebdomade j-juniorum.

Post captam urbem Nicææ primus creatur ab imperatore Theodoro Lascari 20 mensis Martii, indictione 9, magnus Ecclesiæ sacellarius Michael Autorianus, qui cum sedisset annis 6, mensibus 5, diebus 6, obiit.

Vacavit autem thronus mensibus 10 et dimidio, quia imperator absens in themate Thraciesio erat : et 28 Septembris, indictione 2, feria 1, cooptatus est supremus philosophorum et chartophylax Magnæ Ecclesiæ Theodorus Irenicus, dictus Copas, qui postquam episcopatum gesserat anno uno, mensibus . . . diebus 3, mortuus est.

Cum autem imperator Lascaris esset in Thraciesio themate, principes Ecclesiæ et episcopi statuerunt sententiam et vota sua scripto mittere ad imperatorem, ejus jussu promotus est cathegumenus monasterii Acæmetarum Maximus. Cum autem venisset imperator, ab eo de more constitutus est tertia die Junii mensis. Erat autem illiteratus, qui in gynæceo solum versatus, ex urbe profugus antea fuerat, et deinde spiritualis sive confessarius imperatoris nuncupatus est. Praefuit autem mensibus 6, et defunctus est. Hic imperatorem contra Nicænos concivit.

C Manuel diaconus Sarantenus, cognomento Philosophus, eodem imperatore, annis 5, mensibus 7.

Germanus sapientissimus et sanctissimus ex Anaplo profectus, piscatoris, ut ferebatur, filius, diaconus primo Magnæ Ecclesiæ : et post captam urbem in monachum detonsus in Achyrane monasterio S. Georgii Panemorphi dicto. Hunc Joannes Ducas Batatzes promovit : qui Ecclesiam recte sancteque administravit, ac contra Latinos scripsit aliosque libros. In obitu vero mutato nomine vocatus est Georgius monachus. Rexit autem Ecclesiam annis 18, et sepultus est Nicææ in monasterio Cyriotissæ, multa operatus miracula.

D Methodius abbas monasterii Hyacinthi eodem imperante Joanne Duca, mensibus 3, et defunctus in eodem Hyacinthi monasterio sepultus est. Is cum se multa scire putaret, pauca revera sciebat.

Illo defuncto thronus per multos annos vacavit.

Manuel alter ejusdem imperatoris Joannis archipresbyter palatinus ex assiduo studio exterorum disciplinam edoctus, annis 11, et defunctus est.

Arsenius monachus Autorianus in lacu Apollonio in ascetica vita exercitatus. Deinde sub Theodoro Lascari, omnigena eruditione instructus, creatus lector, diaconus et sacerdos, doinde pa-

triarcha ordinatur, singulis diebus singulos ordines accipiens, quoniam imperator profectam maturabat, statim eum coronavit. Sedit annis 5, et expulsus est ab imperatore Michaele Palaeologo, qui Joannem puerum imperatorem respectui habuit, nec ad imperium exivit, ut juramento pollicitus erat.

Deinde Nicephorus antea Ephesi episcopus thronum accipit, et cum anno uno sedisset, obiit.

Capta vero Constantinopoli rursum praefuit Arsenius sacer annis 2. Mortuo autem Joanne puero, rursum exagitur. Michael autem imperator inauguratur, a quo in Praeconnesum relegatus est, ubi mortem obiit. Hic Michael imperatorem bis coronavit, primo Nicææ, deinde Constantinopoli. Capta est urbs a Romanis anno 6765 (Christi 1257), 25 Julii, feria secunda, anno secundo imperii Michaelis Palaeologi.

Joseph Galesii abbas, primo clericus imperatoris Joannis, qui conjugatus fuerat. Sedit annis 8, et quod cum Latinis junctus esset, ejicitur ab imperatore Michaele.

Joannes Beccus diaconus et chartophylax Magnæ Ecclesiae, annis 8. Hic cum Latinis unionem habuit imperante Michaele Palaeologo, et depositus a piissimo imperatore Andronico Palaeologo, in exsilium mittitur; rursumque inducitur

Confessor Joseph, qui sedit menses 4. Illo defuncto,

Gregorius Cyprius lector et protoapostolarius cooptatur, et praefuit annis 16. Ob quamdam vero offensionem cujusdam libri quem contra Beccum scripserat, per dispensationem ejicitur.

Creatur autem Athanasius ex Macedonia, qui cum vehementius sese rebus immisceret, a populo ejicitur, postquam annis 4 sacris praefuisset sub Andronico imperatore.

Joannes monachus et presbyter, abbas Pammacristæ et confessarius imperatoris, Sozopolitanus, qui prius Cosmas vocabatur, homo admodum pacificus et mansuetissimus vere vir Dei, praefuit annis 9, et cum abdicasset, sub eodem imperatore ejectus est, ac rursum inducitur Athanasius.

Sciendum est, quod a sancto apostolo Andrea episcopi . . . Byzantii usque ad Constantinum Magnum viginti sint numero. A Constantino Magno, sive a sancto Metrophane usque ad pacificum et mansuetum Joannem centum undecim. Simul ab apostolo Andrea usque ad praedictum Joannem sint patriarchæ 130, anno 6800 [Christi 1292].

Α εἶτα πατριάρχης χειροτονεῖται καθ' ἑκάστην ἡμέραν τάγμα λαμβάνων, ἐν τῷ σπεύδειν ἐξέγειν τὸν βασιλέα . . . αὐτίκα στέφει. Ἰεράτευσε δὲ χρόνους ε', καὶ ἐξεβλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, διὰ τὸ τὸν νέον βασιλέα Ἰωάννην παρορροῦσθαι, καὶ μὴ πρᾶξει αὐτὸν βασιλέα ὡς ἡ τῶν ὄρκων εἶχεν ὑπόσχεσις.

Ἐἶτα Νικηφόρος ὁ πρῶτον Ἐφέσου τὸν θρόνον λαμβάνει, καὶ ἱερατεύσας ἔτος α', τελευτᾷ.

Ἄλουσθι δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεισιν πάλιν ἔρχεται Ἀρσένιος ὁ ἱερὸς ἔτη β'. Τελευτῶσαντος δὲ παιδὸς Ἰωάννου πάλιν διοχλεῖται, βασιλεὺς Μιχαὴλ γίνεται καὶ ἐξωρίσθη ἐν Προικονήσῳ, καὶ ἐτελευτᾷ. Οὗτος δευτέρον στέφει τὸν Παλαιολόγον Μιχαὴλ ἐν Νικαίᾳ πρότερον, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ δεύτερον. Ἐάλω ἡ πόλις παρὰ Ῥωμαίων ἔτει ςψξε', Ἰουλίου κε', ἡμέρᾳ Δευτέρᾳ, τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου.

Ἰωσήφ ὁ Γαλισίου ἡγούμενος, πρότερον κληρικὸς τοῦ βασιλέως Ἰωάννου ὑπάρχων, καὶ γυναῖκα ὀμιλήσας ἔτη η', καὶ διὰ τὴν ἔνωσιν τῶν Λατίνων ἐκβάλλεται παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ.

Ἰωάννης διάκονος καὶ χροτοφύλαξ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ὁ Βέκκος, ἔτη η'. Οὗτος μετὰ τῶν Λατίνων ἐποίησε τὴν ἔνωσιν ἐπὶ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, καὶ καταβλήθει; παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου ὑπερορίζεται καὶ ἀνάγεται.

Ο ὁμολογητὴς Ἰωσήφ τὸ δεύτερον μῆνας δ'. Θα νόντος δὲ,

Γρηγόριος ὁ Κύπριος ἀναγνώστης καὶ πρωτοαποστολάριος ἀνάγεται, καὶ ἱεράτευσε ἔτη ς'. Διὰ τινὰ σκάνδαλα τοῦ τόμου αὐτοῦ ὃν κατὰ τοῦ Βέκκου ἐγραψεν οἰκονομικῶς ἐξίγεται.

Καὶ ἀνάγεται Ἀθανάσιος ἐκ Μακεδονίας, καὶ σφοδρότερον τῶν πραγμάτων ἀπτόμενος παρὰ τοῦ λαοῦ ἐκβάλλεται, δ' ἔτη ἱερατεύσας ἐπὶ τοῦ [Ἀνδρονίκου] βασιλέως.

Ἰωάννης μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος, ἡγούμενος τῆς Παμμακαρίστης καὶ πνευματικὸς τοῦ βασιλέως ὁ ἀπὸ Σωζοπόλειος πρότερον Κοσμᾶς ὀνομαζόμενος, εἰρηνικώτατος καὶ πραΰτατος καὶ ὁλος [τοῦ Θεοῦ] ἀνθρωπος ἔτη θ'. Καὶ παραιτησάμενος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως κατεβλήθη, καὶ ἀνάγεται πάλιν ὁ Ἀθανάσιος.

Ἰστέον ὅτι ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρέου εἰσὶν ἐπίσκοποι . . . Βυζαντίου μέχρι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κ', ἀπὸ δὲ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἤτοι ἀπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Μητροφάνους μέχρι τοῦ εἰρηνικωτάτου καὶ πρᾶου Ἰωάννου ρια', καὶ ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Ἀνδρέου μέχρι τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου πατριάρχαι ρλ', ἔτει ςω'.

ANSELMI BANDURII

AD

NICEPHORI CALLISTI CATALOGUM.

OBSERVATIONES ET NOTÆ.

Col 149 Ἄνδρας ὁ ἀγιώτατος. Complures ex episcopis Byzantinis, qui a Græculis numerantur, usque ad Metrophanem fictitios esse censeo. Rem autem ita manifestam auctoritate scriptorum comprobare neque necessarium esse existimamus, neque modo per varias occupationes licet; sufficiat tantum hic monere, tres episcopos Constantinopolitanos ante Metrophanem, nominibus aliis, referri a Cedreno qui pag. 256, scribit, primum Byzantii episcopum fuisse Philadelphum, imperante Antonio Car calla: Ἐπὶ τούτου πρώτος ἐπίσκοπος κατεστῆ Βυζαντίου Φιλάδελφος, ἔτη τρία πρῶτην γὰρ προέστατο τῆς Ἐκκλησίας ἔτη ἡ πρεσβύτερός τις. Eo tempore primus Byzantii episcopus constitutus est Philadelphus, et annos tres præsuit; ante enim per octennium Ecclesie præsuit quidam presbyter. Eadem habet et Symeon magister ac logotheta in Chronico ms. qui præterea tradit, tertio anno Gordiani creatum fuisse secundum episcopum Byzantii Eugenium qui illam sedem administravit annis viginti quinque: Τὸ δὲ τρίτον ἔτος Γορδιανῶν δὲ ἔτος ἐπίσκοπος Βυζαντίου γέγονεν Εὐγένιος; ἔτη κε'. Ubi Cedrenus pag. 257 sic habet tantum: Καὶ Εὐγένιος γέγονεν ἐπίσκοπος Βυζαντίου ἔτη κε'. Deinde de Rufino tertio Byzantii episcopo sic tradit laudatus logotheta: Ἐτα βασιλεύει Νουμμεριανὸς ὅσως τυχάνων Μυσίας. Ἐπὶ τούτου μαρτυρεῖ ὁ ἀγιὸς Γεωργίου, καὶ ὁ ἅγιος Βαβύλας ἐν Ἀντιοχείᾳ. Τῆς δὲ ἐν Βυζαντίῳ Ἐκκλησίας προέσταται Πορφύριος, ἔτη θ'. Deinde imperat Numerianus dux Mysiæ. Sub eo sanctus Georgius ac sanctus Babylas martyrium passi sunt Antiochiæ. Rufinus autem præsuit Ecclesiæ Byzantinæ annis novem. Eadem habet et Cedrenus pag. 264, nisi quod Rufini nullam mentionem facit. At quod scribit de martyrio sancti Babylæ falsa sunt, siquidem sanctus Babylas sub dicto martyrium ante obierat.

Col. 152 C. Κυριακός. Scribitur supra rubris litteris Κυριακός.

Ibid. Μητροπόλις. Quæ scribit hic Nicephorus Callisti de Metrophano, nimirum eum in episcopatu vixisse annos decem, synodo Nicænæ interfuisse, ac primum patriarcham Constantinopolitanam existisse, admodum sunt controversa. Reverendissimus Petrus de Marca lib. v. De concordia, cap. 5, et ibidem doctissimus Baluzius in Observatione quam subiungit, Metrophanem Nicænæ synodi tempore adhuc in vivis fuisse conantur ostendere; idque Eusebii auctoritate, qui lib. iii De vita Constantini, cap. 7, recensens provincias, ex quibus episcopi ad eam synodum venire, inquit: Ἀπὸ τῶν τῶν Παλαιῶν ὁ Πανυ βρωμένο., εἰ, ἦν τοῖς πολλοῖς ἀλλὰ συνδεδεμένον τῆς δὲ γε βασιλευούσης πόλεως, ὁ μὲν πρεσβύτης ὄσως διὰ γῆρας πρεσβύτεροι οὗ αὐτοῦ παρόντες τὴν αὐτοῦ ταξίν ἐπαύρων. Ab ipsa quoque Hispania vir ille multo omnium sermone celebratus, una cum reliquis aliis conseruit. Aberat quidem hecque urbis antistes ob senilem aetatem; sed præsto erant presbyteri, qui cices ejus im-

plerent. Hunc Eusebii locum iisdem omnino verbis citat Socrates lib. i, cap. 5. Verba autem illa Eusebii: Τῆς δὲ γε βασιλευούσης πόλεως ὁ μὲν πρεσβύτης ὄσως διὰ γῆρας. Aberat quidem regie urbis antistes ob senilem aetatem non intelligenda esse de Romano pontifice, qui tum erat sacens Silvester, asserunt; idque conantur demonstrare ex actis concilii Niceni collectis a Gelasio Cyziceno, quæ habentur edita tom. II Conc., qui quidem scriptor, se istæ ex tertio libro Eusebii De vita Constantini ad verbum exscriptis fatetur: Ipse ex Hispanis valde celebratus Osius, obtinens locum magnæ Romæ episcopi Silvestri, cum presbyteris Romæ Vitone et Vincentio et cum plurimis aliis considerabat. Urbis autem illius quæ nunc imperat, episcopus, Metrophanes nomine, propter senectutem non adfuit; i;sius vero presbyteri qui aderant, locum ejus supplere; quorum unus erat Alexander, qui urbis episcopatum post Metrophanem adeptus est. Eadem hæc Acta synodi Nicænæ a Gelasio Cyziceno interpolata se perlegisse testatur Photius in Bibliotheca codice 88, ubi nonnulla ex iis excerpta habentur; quæ quidem eadem astrunt: Ἀλέξανδρον δὲ, inquit, ἔς τὸν πρεσβυτέρου ἀξίωμα εἶχαν, εἰς πρόσωπον αὐτοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Μητροφάνους παρῆναι. Ἐκείνος γὰρ ἐκωλύετο βασιλευσὶν γῆρας, ἐπεὶ αὐτῷ ὁ χρόνος τοῦ θείου ὡπὲρ τὰ ἕκτα ἐξέτειλεν ἔτη. Excerpta Vitarum Metrophanis et Alexandri patriarcharum CP. quæ habentur apud Photium in Bibliotheca, codice 256, id ipsum affirmant. At non solum prædicti scriptores laudata Eusebii verba ad episcopum Constantinopolitanum referunt, cum idem sentiant Nicetas Choniates in Panoplia et Epiphanius scholasticus. Hinc factum est ut reverendissimus Petrus de Marca, Banzus ac Paginus verba illa Eusebii ad episcopum Byzantinum spectare crederent; licet Valerius in notis Eusebianis laudatos scriptores redarguat, inquit id nullo modo intelligi posse de episcopo Byzantino, cum nondum tempore synodi Nicænæ dedicata esset Constantinopolis, ac regie urbis vocabulo decorata. Sed huic argumento præsto occurrit Baluzius inquitens, Eusebium libros illos De vita Constantini non scripsisse, nisi post hujus imperatoris mortem, adeoque diu post dedicatam Constantinopolim, quæ ideo post Constantini obitum urbis regie vocabulo decorari potuit, habna ratione, non ipsius rei, sed temporis, quo ista scribebat Eusebius. Nam, inquit Baluzius, Eusebius non loquitur simpliciter de urbe Regia, sed de urbe quæ tunc regnabat, βασιλευούσης, ad differentiam Romæ, quæ infra lib. iv De vita Constantini cap. 69, βασιλικὰ καλεῖται constantem vocat in duobus locis, nunquam βασιλευούσαν. Quare ut verus et genuinus Eusebii sensus retineatur, sic Latine verti debet hic locus: Episcopus urbis illius, penes quem imperium est. Sic Baluzius respondet ad Valerium Eusebianas notas. Atqui Eusebius in Vita Constantini Romam veterem passim appellat ποτὶ βα-

αλεούσαν; sic. Eb. 1. cap. 29, ubi loquitur de urbe Roma vindicata a Maxentii tyrannide, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς βραλεύουσας πόλιν: cap. 53, ubi loquitur de tyrannide quam Romæ Maxentius exercebat: Καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦς ἦν ὁ ταύτη προσαρπάσας τὴν βραλεύουσας πόλιν: cap. 59, loquens de adventu Constantini in urbem Romam, εἰσέλθοντες ἐπὶ τὴν βραλεύουσας πόλιν. Et cap. 4, ubi narrat, Constantium Magnum in media urbe Romæ erexisse crucis tropæum, μέση τῇ βραλεύουσῃ πόλει. Verum non hæc tantum argumenta afferunt, qui verba illa Eusebii ad Romanum pontificem spectare putant; nam doctissimus nostrique amantissimus abbas de Longuerue in eruditissimis epistolis, quas ad Pagium scripsit, primum in dubium revocare videtur Acta illa synodi Nicæna a Gelasio Cyziceno collecta, necnon Excerpta Vitalium Metrophanis et Alexandri patriarcharum CP. que habentur apud Photium codice 256, quæ profecto idem astruunt; deinde vero ad comprobandum verba illa Eusebii spectare ad Romanum pontificem, laudat idem vir doctissimus Sozomenum, qui eadem verba intellexit de pontifice Romano, nisi quod perperam ille loco sancti Silvestri Julium reusulic: Theodoretum item qui lib. 1 cap. 8 verba Eusebii de Romano pontifice intelligit, Ὁ δὲ τῆς Ῥώμης διὰ γῆρας ἀπ. λειψίδη βαθύ: et paulo post Silvestrum Romanæ tunc sedisse ait; et cap. 4 ejusdem libri refert Theodoretus epistolam quam scripsit Alexander Alexandrinus ad Alexandrum Constantinopolitanum episcopum de nascente hæresi Ariana, et Arlio quem nuper communionis privaverat, hoc titulo: Τῷ τιμωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ ἀμφύχῳ Ἀλέξανδρῳ Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Et ut nemo dubitet hanc epistolam Alexandri Alexandrini episcopi scriptam fuisse ad Alexandrum Constantinopolitanum, seu potius Byzantinum episcopum, i. e. u Theodoretus, cap. 5 ejusdem libri tradit, ante concilium Nicænum, imo cum primum suam hæresim Arius divulgare cœpit, sedisse Romæ Silvestrum, Vitalem et Philogonium Antiochiæ, Macarium Hierosolymis, Alexandrum Constantinopolim, et Alexandrum Alexandriæ: Τῆς δὲ Κωνσταντινῆος πόλεως κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν καιρὸν Ἀλέξανδρος τῆς ἱερατικῆς ἡγεσίας λειτουργίας, ἀποστολικῆς χριστιανικῆς λαμπροσύνης. Tunc vero hæc re habet Pagius parvi omnino momenti sunt; nam ille ad confirmandam suam sententiam unum tantum Theodoretum locum laudat, nimirum epistolam Alexandri episcopi Alexandrini ad Alexandrum episcopum. Et hunc quidem Alexandrum episcopum ad quem scripta fuit epistola, frustra conatur asserere, non esse Constantinopolitanum antistitem, uti ex iis que paulo superius diximus facile est cuilibet cognoscere. Vide quid de Metrophane scribit em. cardinalis Baronius, qui tempora ipsius sedis intra tricennium coarctat.

Col. 452 D. Ἀλέξανδρος. Alexandrum annos 23 in episcopatu Constantinopolitano sedisse tradunt Socrates, Sozomenus, Theophanes, uterque Nicephorus et Zonaras; mortem vero obiisse anno Christi 340 affirmat em. Baronius; at si vera sunt, quæ superius ex Theodoro diximus, plusquam 25 annis sedem CP. administravit Alexander, vel certe annus ipsius obitus non bene a Baronio consignatus.

Ibid. Παῦλος. Paulus in episcopatu Constantinopolitano Alexandro successit, tempore Constantii Augusti, non vero Constantini Magni, ut frustra conatur ostendere Valesius in Observat. Ecclesiast. ad Socratem et Sozomenum. Ante episcopatum dignitatem acceptam a Constantino in exilium penitit Paulus. Vide Pagium ad annum Christi 310, xi et seq. Sed annus quo Paulus Alexandro in episcopatu CP. successit perperam

A mihi videtur consignatus cum a Baronio tum a Pagio

Ibid. Τούτου ἐξωσθέντος. Ita sane Paulum episcopatum tantum dejectum a Constantio prima vice, non vero in exilium missum testatur et Socrates, lib. ii, cap. 7. Sed Baronius confundit exilium a Constantino Magno Paulo irrogatum, quod illi accidit ante episcopalem dignitatem acceptam, cum ejus depositione ab episcopatu, quæ Constantio imperante accidit.

Ibid. Εὐσέβιος ὁ Ἀρσιανός, etc., ἐτη 18. Vide quid de hujus episcopatu annis scribunt Baronius et Pagius.

Col. 453 A. Πάλιν ὁ Παῦλος, etc. Post Eusebii mortem catholici Paulum restituerunt, Eusebiani vero Macedonium eligunt. Quæ quidem res ingentem tumultum in urbe regia excitavit, ut prodit Socrates; quippe Hermodenis magistri militum ab imperatore missi, ut Paulum expelleret, domus incensa, ipseque pedibus tractus ac misere trucidatus; in mare a populo precipitatur. Cujus quidem facinoris nuntium cum ad Constantium Augustum delatum esset, statim ille Constantinopolim venit, ut scribit Libanius in Basilico. Et socrates quidem ab illo castigatus esse ait, neminem tamen morte affectum, cum senatus urbis CP. pro raris apud ipsum intercessisset. Tunc etiam Singaram relegatum fuisse a Constantio Paulum, et aliquanto post inde Emesam translatum, scribit Athanasius.

Ibid. Ἐκείθε τε ὑπὸ τῶν Ἀρσιανῶν ἀναρπείται. De morte Pauli vide Sulpicium, cap. 2; Socratem, lib. ii, cap. 21; Theodoretum, lib. ii, cap. 5; Sozomenum, lib. iv, cap. 2. Mors autem S. Pauli cujus festum Greci die 6 Septembris colunt, Latini die vii Junii, a Baronio consignatur anno Ch. 331.

Ibid. Μακεδόσιος, etc., ἐτη 6. Anni quinque quos in episcopatu CP. sedisse Macedonium scribit Nicephorus, nescio unde numerandi, nimirum an a quo primum post Eusebii mortem occupaverit illam sedem, an vero a morte Pauli; quippe scriptor Chronici Alexandrini Macedonium propter multa crimina exauctoratum fuisse ait, coss. Constantio Augusto xii et Juliano Cesare III, anno Christi 360: Τούτῳ τῷ ἔ. ε. μ. γ. Περτιύ, ιε', καθιερώθη ἡ Μαγὰλη Ἐκκλησία Κωνσταντινουπόλεως. Μακεδόσιος Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκοπος καθρέθη ἐπὶ πόλει, ἰδίῳ αὐτοῦ ἐγκλήματι, καὶ κατεστη ἀντ' αὐτοῦ Εὐδόσιος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, etc.: Hoc anno, mense Peritio, die 15, Magna Ecclesia Constantinopolensis dedicata est. Macedonium episcopum Constantinopolitanum propter multa ipsius propria crimina exauctoratus est, et in locum ejus subrogatus Eudoxius, etc. Ex quo quidem Chronici Alexandrini loco apparet Macedonium plusquam quinque annos episcopatum CP. occupasse.

Ibid. Εὐδόσιος, etc., ἐτη 7. Scribitur hic supra rubris literis, ἐπὶ Ἰουλιανου. Eudoxus autem plus fortassis annos septem annos sedem CP. tenuit; verum non annos novemdecim, ut legitur apud Socratem; quod quidem mendum tribuit esse, docet Valesius in Notis ad eundem. Alioquin Socrates secum ipse pugnaret; quippe idem scriptor lib. i, cap. 42, Eudoxium in concilio CP. anno 359 inchoato, sequentique continuato, substitutum fuisse in locum Macedonii depositi scribit, mortem vero obiisse coss. Valentiano Aug. iii, et Valente Aug. iii, tradit idem Socrates lib. iv, cap. 14, necnon Pseudoisidorus lib. ix, cap. 8. Sozomenus vero lib. vi, cap. 15, Eudoxium obiisse ait, quando Valens Antiochiam tendens, paululum Nicomedeam substituit. Certe cum Theophanes annis decem obtinuisse Eudoxium sedem CP. scribit.

Ibid. Δημοφίλος, etc., ἐτη 18, μῆρας 6. Id

est. *Demophilus*, etc., *sedit annis 12, mensibus 5*. Et ita legendum supra in versione, ubi librarii incuria legitur *sub Valente*; quod quidem in scriptis nostris ad marginem tantum reperitur, et in ms. legitur supra rubris litteris, ἐπὶ Ἰωδανῶν, et infra, ἐπὶ Οὐάδεντος. Cæterum de Demophilo ab Arianis in locum Eudoxii subrogato legendus est Philostorgius lib. ix, cap. 10 et 14.

Col. 453 B. *Εὐάγριος ἐρθεδοξος*, etc., *ἔτη 5'*. Theophanes ad annum v Valentini Augusti Evagrium statim post Eudoxii mortem a parva manu Orthodoxorum electum fuis e scribit; quo quidem tempore Arianis sibi Demophilum præfercerunt: verum Evagrius statim a Valente sede pellitur, Demophilus vero in ea confirmatur, ut narrat ibidem laudatus scriptor.

Ibid. *Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ*, etc., *ἔτη 13'*. Ita habent S. Nicephori catalogus, Menra die 30 Januarii in memoria trium sanctorum Ecclesie doctorum: Amphiloehius, in Vita sancti Basilii de Gregorio Nazianzeno loquens; et Gregorius presbyter in Eucomio, quo legitur Vitam Gregorii. At Theophanes subjectum Gregorium Nazianzenum duobus tantum annis sedem CP. administrasse scribit: Cedrenus Gregorium decennium et paulo amplius Constantinopoli moratum esse tradit. Certum tamen est Gregorium non amplius quam triennio Constantinopoli commoratum, et episcopatum Constantinopolitana u paucis tantum hebdomadis administrasse; in eadem quippe synodo et renuntiatus fuit episcopus et exautoratus; et anno Christi 381, in Kalend. Aug. quo Theodosius dedit legem 5 Codicis Theodosiani *De fide catholica* jam Nectarius episcopus Constantinopolitanus erat, et concilium Constantinopolitanum jam finitum, ut patet ex eadem lege.

Ibid. *Ἰωάννης πρεσβύτερος Ἀρτιοχίας*, etc., *ἔτη 6', μήνας 5'*. . . . S. Joannes Chrysostomus bis e throno pellitur; primum in synodo ad Quercum, anno Christi 405, deinde in synodo Constantinopolitana anno 404, quod quidem accidit festo Pasche die appropinquante, et post duos menses in exsilium pellitur Chrysostomus. Vid. Socratem lib. vi, cap. 18. Cæterum multa de sancto Joanne Chrysostomo ac ejus episcopatu dicenda essent, nisi sedulo omnia examinasset Pagius; unde eo lectorem remittere est animus.

Ibid. C. *Ἀρσάκιος*, etc., *ἔτη 8'*. Duobus annis sedisse in episcopatu Constantinopolitano Arsacium scribit et Theophanes. Verum Arsacius ordinatus fuit die 26 mensis Junii, in quem Dominica incidebat; quo quidem die ordinationes episcoporum Constantinopolitanorum fieri solite erant. Quare in Chronico Alexandrino, ut docet Pagius, loco *ἡμέρα δευτέρα* legendum *ἡμέρα πρώτη*, id est, *feria prima*, quæ hoc anno cum die 26 Junii concurrat. Arsacius vero moritur anno sequenti Christi 405, die tertio Idus Novembris, ut scribit Socrates, lib. vi, cap. 20. Unde, si Socrates non fallitur, Arsacius sedisse videtur annum unum, menses quatuor, dies septemdecim. Verum Palladius, cui potior fides adhibenda quam Socrati, utpote tunc viventi et de rebus Chrysostomi optime edocto, scribit in Dialogo Arsacium sedisse annum et menses duos, *διαπρατήσας δὲ τὸ ζῆλον τοῦ δεκατέσσαρς μηνῶς ἀποθνήσκει*, *ille cum ad quatuordecim menses vitam suam protendisset mortuus est*.

Ibid. *Ἀττιχός*, etc., *ἔτη 4'*. Atticus coss. Arcadio Aug. vi et Anicio Probo Christi anno 405 electus fuit in Arsacii locum, ut scribit Socrates lib. vi, cap. 20. Szymonius vero lib. viii, cap. 17, quarto post Arsacii mortem mense ordinatum fuisse Atticum tradit. Verum error irrepsit in numerum illum apud Socratem lib. vii, cap. 25, ubi ait, Atticum anno episcopatus sui primo et vicesimo, die sexto Idus Octobris, mor-

tem obiisse coss. Theodosio xi, et Valentiano Cesare i. nam horum consulatus hic annus addit in annum Christi 425, unde si Atticus, ut ait Socrates superius citato loco, ordinatus est anno Christi 406, vicesimum certe sedis annum non absolvit.

Ibid. *Σισίννιος*, etc., *ἔτος 4', μήνας 1'*. In Chronographia compendiaria sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolitani et in Tabulis Theophanis anni duo Sisinnio attribuuntur. At Socrates lib. vii, cap. 26, asserit, ordinatum fuisse Sisinnium pridie Kalendas Martii, consulatu proxime sequente, qui fuit Theodosii xi, et Valentini Junioris Aug. ii. Quo quidem anno dies ultimus Februarii in Dominicam incidebat, qua ordinationes episcoporum fieri solite erant. Mortem autem obiit Sisinnius, ut narrat idem Socrates paulo superius laudato loco, coss. Hierio et Ardaburio anno Christi 427, die ix Kal. Januarii.

Ibid. *Νεστόριος*, etc., *ἔτη 7', μήνας 8'*. Nestorius ordinatur episcopus Constantinopolitanus coss. Felice et Tauro anno Christi 428, quarto Idus Aprilis, ut scribit Socrates, lib. vii, cap. 29. At Liberatus Diaconus, cap. 4 sui Breviarii ordinationem Nestorii peractam fuisse ait Kalendis Aprilis. Quod quidem verosimilius est, nam dies Domini hujus anni, qua ordinationes episcoporum Constantinopolitanorum fieri solite erant, incidebat in Kalendas Aprilis, seu diem primam ejusdem mensis, ut optime docet Pagius contra Baronium et Garnerium, qui Socratis errori astipulantur. Nestorius deponitur anno Christi 431, e. in ejus locum Maximianus consecratur, ut infra videre est.

Ibid. *Μαξιμιανός*, etc., *ἔτη 8', ἡμέρας 6'*. Sanctus Nicephorus Constantinopolitanus Maximianum sedisse scribit *ἔτη 8', μήνας 6', annis 2, mensibus 5*. Ita habet et Socrates lib. vii, cap. 40. At videtur secum ipse pugnare Socrates; nam Maximianus electus fuit episcopus elapso quatuor mensium spatio a Nestorii depositione, ut ait idem scriptor lib. vii, cap. 55: *Τετραμηνιαίου δὲ διαδραμαίνοντος χρόνου μετὰ τὴν Νεστορίου καθάρσιν, προχειρίζεται πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν Μαξιμιανός ἕως αὐτῆς ἀσκητικῆς μὲν τὸν βίον ἐν τοῖς πρεσβυτέροις δὲ καὶ αὐτῷ ἐτέταχτο*. Elapso igitur quatuor mensium spatio a depositione Nestorii, Maximianus eligitur episcopus, vir monasticam quidem vitam degens: in presbyterorum tamen ordinem ipse quoque cooptatus. Quod quidem accidit die 2. Octobris, coss. Basso et Antiocho, anno Christi 431, ut narrat laudatus Scriptor, cap. 37 ejusdem libri: *Μαξιμιανὸς τὸν προχειρισθέντος εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἐν ὑπατεῖα Βάσσου καὶ Ἀντιόχου, καὶ τὴν εἰκάδα πέμπτου τοῦ Ὀκτωβρίου μηνῶς, τὰ πρὸς ἐκκλησιῶν ἠτύχαζε πράγματα*. Cum Maximianus ad episcopatum Constantinopolitanum evectus fuisset, Basso et Antiocho consulibus, die octavo Kalendas Novembris, Ecclesiarum tumultus quieverat. Moritur autem Maximianus coss. Arcobindo et Aspare anno Christi 454, pridie Idus Aprilis, etc., ut prodit idem Socrates cap. 49 ejusdem libri. Unde apparet Maximianum in episcopatu Constantinopolitano vixisse annis duobus, mensibus quinque, et aliquot etiam diebus; quod quidem non ammadvertit Valesius in Notis ad eundem Socratem, neque Pagius qui rem ex professo, ut aiunt, tractat.

Ibid. *Πρόκλος*, etc., *ἔτη 16', μήνας 7'*. Proclus antiquam Maximiani corpus sepulturae maneretur, ab episcopis qui aderant jussu Theodosii Junioris in episcopatu throno collocatur, ut narrat Socrates, lib. vii, cap. 40, loquens de morte Maximiani, ubi etiam hujus præpropere electionis causam exponit. Hoc quidem accidit, ut tradit idem scriptor paulo superius citato loco, Arcobindo et

Aspice eoss. anno Christi 451. pridie Idus Aprilis. Moritur autem Proclus die 24 Octobris ut habetur in Menologio Græcorum ad eundem diem; anno Christi 446, ut nemo dubitat. Igitur sedit in episcopatu Constantinopolitano Proclus, non annos tantum 12, et menses tres, seu annos undecim, ut idem Nicephorus Callisti scribit in *Hist. lib. xiv. cap. 47*, sed annos tredecim et menses aliquot, ut certum est ex prædictis.

Col. 453 D. *Ἐν τῷ ἱερατεῖῳ. In sacris adytis interpretatus sum. At ἱερατεῖον quædam pars fuit: it ecclesiæ omnino incertum est, ut ait Ducargius. Dionysius Areopag. De hierarch. cap. 3, diserte distinguit θυσιαστήριον ἀπὸ τοῦ ἱερατεῖου, ita ut θυσιαστήριον sit quod Græci vulgo βῆμα, Latini presbyterium, vocant: ἱερατεῖον vero, navis ecclesiæ, nam prima secula chorum, qualis est hodie, non agnovit; ut observavimus, inquit Ducargius, in nostra Constantinop. Christ. lib. iii, n. 77. Dionysius igitur loco laudato, ubi duos statuit demortuorum ordines, sic ait: Συναγωγὸν ὁ θεὸς ἱεράρχης τὸν ἱερὸν χορὸν, εἰ μὲν ἱερατικῆς ἐγγύθει τάξιν: ὁ κακοποιημένος, ἐμπροσθεν τοῦ θεοῦ θυσιαστηρίου κατακλίνας αὐτὸν, ἀπέργεται τῆς πρὸς θεὸν εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας· εἰ δὲ τοῖς εὐαγέει μοναχῶν, ἢ τῷ ἱερῷ λαῷ κατατέτακτο, παρὰ τὸ τίμιον ἱερατεῖον αὐτὸν κατακλίνει πρὸ τῆς ἱερᾶς εἰσελεύσεως. Quæ postrema verba de portis templi intelligenda sunt. Nam Pachymeres in Paraphrasi non omnino sensum Dionysii percepit, ut nec Allatius in Dissert. de Narthee: is enim est, ut dicat cadaver Monachi aut Fidelis in inferiori vasō parte versus portas templi collocari: ut presbyteri ante portas benamatis. Ea notione forte ἱερατεῖον usurpavit Theophanes anno 14 Zenonis: Οἱ δὲ τοῦ Δίου μοναχοὶ τῆ Κυριακῆ εἰς τὸ ἱερατεῖον ἐπέδωκαν Ἀχακίῳ τὴν ἐπιστολὴν. Tametsi fatendum ἱερατεῖον interdum pro ipso benate accipi. Cum igitur ἱερατεῖον sic proprie v. d. ipse, in quo ἱερὸς λαὸς consistebat, inde ἱερατεῖον, dicta plebs, seu *populus episcopo subditus*, qui scilicet ἐν ἱερατεῖῳ ecclesiæ consistit, etc.*

Ibid. *Φλαβιανός, etc., ἔτος α', μῆνας ε'.* Ita habent sanctus Nicephorus in sua Chronographia necnon Menæa ad diem 16 Februarii, quo Græci sancti Flaviani Procli successoris memoriam celebrant. Theophanis tabulæ, et Zonaras in Theodosio Juniore, per biennium sedisse Flavianum in episcopatu Constantinopolitano ostendunt. At cum Flavianus in exsilium missus sit anno Christi 449, quo et mortuus est, ut scribit Marcellinus, putat Pagius Flavianum non ante annum Christi 447, sedem Constantinopolitanam obtinuisse. Vide laudatum Pægium ad annum Christi 446, n. 8 et seqq., et ad an. Christi 449, num. 14.

Ibid. *Ἀνατόλιος, etc., ἔτη η', μῆνας η'.* De Anatolio vide Baronium ad annum Christi 458, num. 31 et seqq., necnon Pagium ad eundem annum num. 8 et seqq.

Col. 453 A. *Γεννάδιος, etc., ἔτη . . . μῆνας γ'.* S. Nicephorus in Chronographia Gennadium sedisse in episcopatu Constantinopolitano scribit ἔτη ε', μῆνας β', *annos tredecim, menses duos.* Unde numerus annorum suppletus est, qui in catalogo Nicephori Callisti a blattis et tinea exesus comparat. Tabulæ Theophanis et Zonaras Gennadio numero rotundo annos 15 ascribunt. Optime igitur mors Gennadii, qui Anatolio in episcopatu Constantinopolitano anno Christi 458 successerat, assignatur a Baronio anno Christi 471.

Ibid. *Ἀχακίος, etc., ἔτη . . . μῆνας . . .* Perperam Acacius in hoc catalogo Nicephori Callisti bis repetitus est, nimirum ante et post Phraitam, ut apparet ex Chronographia S. Nicephori CP. et ex Tabulis Theophanis; necnon ex aliis scriptoribus. Sed id scribere insectia factum puto, qui pro uno Acacio duos effingit; Acacius siquidem post Gennadium ad Constantinopolitanam tironiam

evectus fuit anno Christi 471, in episcopatu vixit annis 17, mensibus 9, ut habet uterque Nicephorus. Moritur Acacius, ut scribit Theophanes, anno Incarn. secundum Alex. 481, qui Kalend. Septemb. anni Christi 489 inchoatur. His astipulatur Victor Tunnensis qui Acacii obitum Eusebio consuli contigisse scribit, nimirum anno Christi 485. *Acacius, inquit laudatus scriptor, Constantinopolitanus episcopus sub damnatione moritur, et pro eo Flavianus episcopus ordinatur, cui tertio promotionis suæ mense mortuo Euphemius synodi Chalcedonensis decretorum custos in episcopatu succedit.* Sed quem Flavianum Tunnensis appellat, Nicephorus *Phraitam* vocat. Ceterum Acacius depositus fuit primum a synodo Ephesina quæ Basilisco imperante coacta fuit; deinde a Felice papa. Damnatus autem fuit non ut hæreticus, sed ut hæreticorum fautor.

Ibid. *Φραιτας, etc., μῆνας γ', ἡμέρας ιδ'.* Phraitam hunc appellat et sanctus Nicephorus in Chronographia, atque eum tres menses et dies 17 in Constantinopolitano throno sedisse ait. Theophanes Phraitam vocat, eique menses tres episcopatu CP. attribuit. *Flavitum* eum nuncupat Nicephorus Callisti, lib. vi. cap. 13. Ita habet et Zonaras qui et menses tres eum semisse attribuit. Victor vero Tunnensis paulo superius citato loco *Flavianum* eum appellat, atque eum tertio promotionis suæ mense mortem obiisse narrat. Quod quidem accipit, ut habet idem scriptor, Eusebio consule anno Christi 489.

Ibid. *Εὐφύμιος, etc., ἔτη ζ', ἡμῖσιν.* Theophanis Tabulæ Euphemium annos septem in throno Constantinopolitano sedisse ostendunt. Neque enim, ut secum pugnant ait Pagius, Euphemius episcopatum CP. suscepit anno Christi 499, sed 489, ut patet ex paulo superius laudato Victoris Tunnensis loco. In exsilium vero pellitur ab Athanasio imperatore Euphemius anno 6 ejusdem Augusti, Christi 496, ut tradit Theophanes, non vero anno 5 imperii Anastasii ut habet Cedrenus. Rem pluribus refert idem Theophanes citato loco.

Ibid. *Μαρκεδόσιος, etc., ἔτη ις', μῆνας ζ'.* Macedonius anno 6 imperii Anastasii, Christi 496 sedem CP. suscepit; pellitur vero in exsilium ab eodem Augusto coss. Secundino et Felice, anno Christi 511, ut scribit Marcellinus in Chronico, unde fallitur hic Nicephorus Callisti dum et annos sexdecim et menses septem attribuit; metas Theophanes in Tabulis qui ei annos sexdecim utrinque incompletos ascribit. Quod vero dicitur in Chronographia sancti Nicephori Macedoniam sex tantum annos Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse, id factum puto scribæ incuria qui numerum denarium omisit.

Ibid. B. *Τιμόθεος, etc., ἔτη ζ', ἡμῖσιν, ἐπὶ Ἰουστινιανῷ τοῦ Μεγάλου.* Theophanes sex tantum annos Timotheo attribuit, quemadmodum et sanctus Nicephorus in Chronographia. Timotheus siquidem, ejecto Macedonio, invasit episcopatum Constantinopolitanum sub fine anni Carisi 511, ut supra monuimus. Moritur autem Timotheus, ut scribit Theophanes, anno Incarnat. secundum Alex. 519, qui Kalend. Septemb. anni Carisi 517 inchoatur. Victor Tunnensis hujus mortem contigisse tradit die quinta mensis Aprilis: *Timotheus, inquit, Constantinopolitanus episcopus obstricta or synodi Chalcedonensis 5 die mensis Aprilis occubuit, et Joanni Cappadoci in cella propria, atque presbytero episcopatum tradidit.* Sic legendum, non vero *Joannis Cappadox.* Ceterum fallitur hic Nicephorus Callisti, dum Timotheum sub Justiniano Magno vixisse ait; nam Anastasio adhuc regnante obiit Timotheus.

Ibid. *Ἰουστίνιος ὁ Καπαδόσιος, etc., ἐπὶ Ἰουστίνιανῷ ἔτος α', μῆνας ε'.* Ita habet et sanctus Nicephorus in Chronographia ex editione R. P.

Geor. At in nostra Joanni Cappadoci anni quatuor, et menses decem attribuuntur. Tabulæ Theophanis Joannem Cappadocem sedisse in episcopatu Constantinopolitano annis 2 ostendunt. Verum Joannes sedit annum unum menses decem, et aliquot dies, quos Nicephorus neglexit; nam ordinatur episcopus Constantinopolitanus Joannes anno Christi 518, non vero 517, ut ex Victore Tunnensi scribit Baronius: idque accidit die 17 mensis Aprilis. Moritur autem Joannes anno Christi 520, et in ejus locum Epiphanius ejusdem Ecclesiæ presbyter et syncellus ordinatur die 25 mensis Februarii. Quod quidem accidit anno Justinii Thracis tertio, non vero secundo, ut habet Theophanes, Christi scilicet 520. Perperam igitur hic Nicephorus Callisti Joannem sub Justiniano vixisse scribit. Fallitur et Baronius qui Joanni Cappadoci annos tres attribuit. Ceterum Joannes hic Cappadox primus fuit, ut aiunt, qui titulum patriarchæ œcumenici ausus est usurpare.

Col. 456 B. *Ἐπιφάνιος, etc., ἔτη ις', μῆνας γ'.* Sic etiam sanctus Nicephorus in Chronographia et Theophanes Epiphанию episcopo Constantinopolitano annos sexdecim menses tres attribuunt. Hec laudatus Theophanes anno 10 Justiniani, Christi 536: *Τούτῳ τῷ ἔτει Ἐπιφάνιος ἐπίσκοπος τελευτήσωντος μηνὶ Ἰουλίῳ ε', ἰβδ. ις', ἐπισκοπήσαντος ἔτη ις', καὶ μῆνας γ', Ἀνθίμος αἰρετικὸς ἐπίσκοπος Τραπεζουσιῶν μετετέθη ἐν ΚΠ. Ἦος anno Epiphania præsule, mensis Junii die quinto, indictione decima quinta, post episcopatum annos sexdecim, et menses tres vivis erepto, hereticus Anthimus Trapezuntinus episcopus in sedem Constantinopolitanam translatus est.* At Theophanes secum ipse pugnare videtur, nam anno 2 Justinii Thracis Epiphanium thronum Constantinopolitanum conscendisse scribit die 25 Februarii anni Christi 520, unde non annos 16, sed 17, et menses tres Epiphanium sedisse dicendum erit. Verum Pagius mendam arguit Theophanem ex aliis monumentis, et sic Epiphanii obitum contigisse ait anno Christi 535, mensis Junii die 5, indictione 15 post episcopatum annos 15, et menses 5. Vide Pagium eodem anno num. 9.

Ibid. *Ἀνθίμος, etc., μῆνας ι'.* Sanctus item Nicephorus in Chronographia et Theophanes anno 10 imperii Justiniani Anthimo menses decem assignant: qui quidem scriptor secundus Anthimum hereticum ab Agapeto papa, dum Constantinopoli esset, et sede dejectum scribit. Fallitur autem laudatus Theophanes, ut monet Pagius, dum hæc anno 10 Justiniani narrat; nam Anthimus sedem Constantinopolitanam occupat mense Junio anni Christi 535, deponitur vero mense Martio anni sequentis; unde decem illi menses sedis Anthimi utriusque incompleti fuere.

Ibid. *Μηνάς, etc., ἔτη ις', μῆνας ε'.* Menas ordinatus est episcopus Constantinopolitanus die 13 mensis Martii anni Christi 536. Moritur autem mense Augusto anni Christi 552, ut pluribus ostendit Pagius num. 17 eodem loco; unde menses illi sex utriusque incompleti fuere.

Ibid. C. *Ἐν τῷ ἑσπερίῳ.* Ita habet et Theophanes, ubi ipsius interpretis verum in *sacris adytis*; quomodo et nos supra n. 555, hanc vocem interpretati sumus; sed quid *ἑσπερίῳ* significet pluribus ibi exponimus.

Ibid. *Εὐτύχιος, etc., ἔτη ιβ', μῆνας ε'.* Eutychio Tabule Theophanis ante depositionem annos tredecim assignant; sanctus Nicephorus in Chronographia annos duodecim et menses duos eidem attribuit; Eustathius vero in hujus sancti patriarchæ Vita cap. 4, annos tantum duodecim eidem ascribit. Verum Eutyechius mense Augusto anni Christi 552, non vero anni 553, ut perperam creditur Baronius, ordinatus fuit episcopus Constantinopolitanus, ut aperte ostendit Theophanes, qui Eutyechium eo ipso die quo Menæ cadaver in sacris

adytis expositum jaceret, in ejus locum successit fuisse scribit. Pellitur vero e sede Eutyechius a Justiniano, quod ejus impio edicto subscribere nollet die 23 Januarii anni 565, ut scribit laudatus Eustathius; unde optime scribit Nicephorus Callisti Eutyechium ante persecutionem sedisse annos 12 et menses quinque. Fallitur autem Baronius, uti observat Pagius, dum edictum illud Justiniani anno Christi 563 consignat, et exilium Eutyechii in annum sequentem congerit. Nam edictum Justiniani, ut scribit Pagius, initio anni 565, emisit esse ex Theophane cum Eustathio collato magis confirmatur. Hic enim cap. 5, testatur Eutyechium e palatio in monasterium quoddam ab Hetherio deportatum fuisse; quo in loco postquam diem unum moratus esset, collocarunt eum in alio monasterio prope Chalcedonem. Post diem octavum convectus episcoporum convocatus, et Eutyechius ad causam dicendam citatus; cumque comparere recusasset, in insulam Principis dictam, quæ in Astaceno sinu Propontidis sita, translatus est, ubi tres hebdomadas sub militari custodia egit, indeque Amaseam Helenoponti metropolim, in quo primum monachus, ac dein archimandrita fuerat. Vide Theophanem ad annum 58 imperii Justiniani.

Ibid. *Ἰωάννης Σχολαστικός, etc., μεθ' ἡμέρας γ', ἔτη ιβ', μῆνας ε'.* Joannes Scholasticus ordinatur episcopus Constantinopolitanus, ut scribit Theophanes ad annum 58 Justiniani, die 12 mensis Aprilis, in quam anno Chrisi 553 Dominica cadebat: nam ibi laudatus Theophanes loquitur de depositione Eutyechii (quæ, ut paulo superius diximus ex Eustathio, contigit die 22 Januarii ejusdem anni) occasione ordinationis Joannis. Moritur autem Joannes, ut scribit idem Theophanes, die tricesimo primo mensis Augusti, indictione decima, hoc est, anni Christi 577, ex quibus apparet Joannem sedisse annos 12 et menses quinque, utriusque incompletos. Ceterum in Tabulis Theophanis recte Joanni anni 12 assignantur, neglectis scilicet mensibus.

Ibid. *Εὐτύχιος ἔτη δ', μῆνας ε'.* Eutyechius patriarcha haud diu post Joannis Scholasticæ mortem in sedem Constantinopolitanam restituitur, hoc est, die tertia mensis Octobris, ut scribit Eustathius in hujus sancti patriarchæ Vita, anni Christi 577, non vero 578, ut putat Baronius. Quod confirmatur ex Theophane, qui anno Incarnat. secundum Alex. 570, qui kalendis Septembris anni Christi 577 inchoato, ait: *Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ὀκτωβρίῳ, ἰνδικτιῶν ια', Εὐτύχιος ἀπέλαβε πάλιν τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως. Ἦος anno mense Octobri, indictione undecima, Eutyechius thronum Constantinopolitanum secundo accepit.* Moritur autem Eutyechius die sexta mensis Aprilis anni Christi 582, ut scribit idem Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. 574 kalendis Septembris superioris Christi anno inchoato: *Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ἀπριλίῳ ε', ἰνδικτιῶν ιε', ἐτελεύτησεν Εὐτύχιος ὁ πατριάρχης, καὶ χειροτονήθη μετὰ εἴς ἡμέρας Ἰωάννης διάκονος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, ὁ Νηστευτής. Ἦος anno, die sexto Aprilis, indictione decima quinta, Eutyechius patriarcha diem ultimum obiit: et post dies sex Joannes Magnæ Ecclesiæ diaconus, qui Jejunator dictus, consecratus est.* Quod patet etiam ex Eustathio in ejus Vita cap. 10. Unde apparet Eutyechium secundo Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse annis quatuor, mensibus sex, et diebus aliquot.

Ibid. D. *Ἰωάννης διάκονος, etc., ὁ Νηστευτής ἐπὶ Μανρικίῳ ἔτη ιγ', μῆνας ε'.* Joannes Jejunator consecratus est episcopus Constantinopolitanus post dies sex a morte Eutyechii, quæ accidit die sexta mensis Aprilis anni Christi 582, ut scribit Theophanes paulo superius citato loco; igitur ordinatio Joannis accidit die duodecima Aprilis ejusdem anni, in quam illo anno Dominica Incarnat.

Ibid. D. *Ἰωάννης διάκονος, etc., ὁ Νηστευτής ἐπὶ Μανρικίῳ ἔτη ιγ', μῆνας ε'.* Joannes Jejunator consecratus est episcopus Constantinopolitanus post dies sex a morte Eutyechii, quæ accidit die sexta mensis Aprilis anni Christi 582, ut scribit Theophanes paulo superius citato loco; igitur ordinatio Joannis accidit die duodecima Aprilis ejusdem anni, in quam illo anno Dominica Incarnat.

debat. Moritur autem Joannes anno Chris i 593, ut patet tum ex utroque Nicephoro qui eidem annos tredecim et menses quinq. assignant, tum etiam ex Menologio Basilii imp. ad diem secundum mensis Septembris, cujus pars in tomo vi Italiae sacrae exstat; ubi eidem Joanni anni quoque tredecim, et menses quinque attribuantur. Cur autem hujus patriarchae mortem Baronius anno sequenti consignaverit pluribus docet Pagius, qui, ut mihi videtur, nodum egregie solvit. Caeterum non abs re patriarcha iste a pluribus reprehenditur tanquam ambitiosus, eo quod synodum Constantinopoli celebraverit, ut aecumenici titulum synodali judicio sibi confirmaret.

Col 456 D. *Ἐχειροτονήθη μεθ' ἡμέρας . . . ἐπὶ τῆς βασιλείας Τηόφριου*. Sic locus hic mutilus ex Theophanis paulo superius citato loco restituendus est: *Ἐχειροτονήθη μεθ' ἡμέρας 25, etc.*, nimirum Joannes consecratus est post dies sex a morte Eutychii.

Ibid. *Ταλευτῇ δὲ τῷ ἰδ' ἔτει τῆς Μαυρικίου βασιλείας*. Hinc manifesto liquet Joannem mortem obiisse anno Christi 593, cum annus quartus decimus imperii Mauricii huic anno Christi respondeat.

Ibid. *Κυριακός, etc., ἔτη ια'*. Cyriaco patriarchae undecim etiam annos assignant Theophanes et sanctus Nicephorus in Chronographia; electus enim ille fuit episcopus Constantinopolitanus anno Christi 593, non vero anno 594, nempe sub indictione 12, ut perperam tradit scriptor Chronici Alexandrini: qui tamen scriptor optime Cyriaci mortem consignat anno 4, post consulatum Phocas Aug. II, indictione 9, hoc est, anno Christi 603. *Τούτω, inquit, τῷ ἔτει, τελευταίῃ Κυριακῆς πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, μὴ δ' Ἰππερβριτίου, κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτωβρίῳ κθ', ἡμέρᾳ ζ', καὶ κ δεύεται τῆ τριακοστῇ τοῦ αὐτοῦ μηνός, ἡμέρᾳ πρώτῃ, καὶ ἀπέτεθη τὸ αὐτοῦ λείψανον πρὸς συντήρησιν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις. Hoc anno, Cyriacus patriarcha Constantinopolitanus moritur mense Hyperbretico, secundum Romanos Octobris die 21, feria 7; illiusque Junus curatum est 30 eiusdem mensis, feria 4, et depositum est corpus illius juxta morem receptum in aede sanctorum Apostolorum. Quod vero hic ait scriptor Chronici Alexan. r. ni, Cyriaci corpus depositum fuisse juxta morem receptum in aede sanctorum Apostolorum, id verum esse ostendit Evagrius lib. iv. cap. 30, ubi loquitur de aede sanctorum Apostolorum condita vel instaurata a Justiniano: *Ἐν φ' οἱ τα βασιλείς, οἱ τε ἱερῶμενοι νομομισμένης ταφῆς τυγχάνουσι, in qua et imperatores et pontifices debitam sepulturam consequuntur. Hujus autem consuetudinis seculi potius sanctionis hanc causam reddit Sozomenus, lib. II, cap. ult. : Ἀπὸ τούτου δὲ, ὡς ἔκ τιος ἔλου γενομένου καὶ οἱ μετὰ ταῦτα τελευταίαντες ἐν Κωνσταντινουπόλει βασιλεῖς, Χριστιανοὶ κείνται, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοποι, ὡς καὶ τῆς ἱερουσύνης ὁμοτίμου τῆ βασιλείας οὐσης, μάλλον μὲν εὖν ἐν τοῖς ἱεροῖς; τόποις καὶ τὰ πρώτα ἐχοῦσης. Ab eo igitur tanquam ex hujus rei auctore consuetudine ducta, imperatores Christiani post mortem Constantinopoli sepeliuntur, atque etiam ipsi episcopi: quippe cum dignitas sacerdotalis imperii dignitati par sit, imo verò in locis sacris primas partes obtineat. Id autem factum esse a tempore Constantini Magni docet Sozocrates, lib. II, cap. 26, de Constantino: Ἀποτεθεὶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπανώμῳ τῶν Ἀποστόλων, ἦν δὲ αὐτὸ τούτο πεποηκεῖ, ὅπως ἀνοὶ βασιλεῖς τε καὶ ἱερεῖς τῶν ἀποστόλων λειψάνων μὴ ὑπεκλιμπάνοντο. In ecclesia Apostolorum deponitur, quam idcirco aedificaverat, ut et imperatores et pontifices apostolici non destituerentur reliquiis. Postmodum vero patriarchas Constantinopolitanos passim humatos fuisse in aede sanctorum Apostolorum legitimus. Reliquos autem quos aut patriarchalis, aut**

Augustalis dignitas non ornasset, in laudata aede sanctorum Apostolorum sepeliri vetant Gratianus, Valentinianus, et Theodosius Augusti in l. 6. Cod. Th. *De sepulcris violatis*. Sed vide quae lib. v. de sepulcris imperatorum annotavimus.

Ibid. *Θωμᾶς διάκονος, etc., ἔτη γ', μῆνας β'*. Item Nicephorus Callisti, lib. xviii, cap. 44, huic patriarchae annos tres et menses duos attribuit. Huic consentiunt Menologium Basilii imperatoris; vetustum Synaxarium ms. Collegii Parisiensis Ludovici Magni, et Menaea excusa, ac mss. ut videre est apud Bollandum ad diem 20 Martii, quo sancti Thomae festum occurrit. At sanctus Nicephorus in Chronographia Thomae annos tres et menses quinque assignat; sed perperam; quippe Thomas ordinatus fuit episcopus Constantinopolitanus die 23 Januarii anni Christi 607, ut habetur in Chronico Alexandrino: *Τούτω τῷ ἔτει, μηνὶ Ἀύθουαίῳ, κατὰ Ῥωμαίους κγ' Ἰανουαρίου, γέγονε πατριάρχης ἐν Κωνσταντινουπόλει Θωμᾶς, ἀπὸ διακόνων τῆς Μεγάλης, καὶ σακελλαῖος τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐπίκω τῶν χειροτονιῶν. Hoc anno, mense Audyano, secundum Romanos 23 Januarii, dictus est patriarcha Constantinopolitanus Thomas ex-diacono Magnae Ecclesiae, et sacellarius patriarchae, ac ordinationibus praepositus; unde fallitur Theophanes, qui anno Incarnat. secundum Alex. 598 kalendis Septembris superioris Christi anni inchoato, pro sit Thomam mensis Octobris die undecimo in locum Cyriaci succedat esse. Moritur autem Thomas indictione xiii, anno scilicet Christi 610, die 20 mensis Martii, qui incidens in feriam sextam, et die 22 ejusdem mensis, quae erat Dominica sepelitur, ut narrat idem scriptor Chronici Alexandrini: *Τούτω τῷ ἔτει, μηνὶ Δύστρω, κατὰ Ῥωμαίους, Μαρτίῳ κ', ἡμέρᾳ ζ', τελευταίῃ Θωμᾶς πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ κηδεύεται τῇ κθ' τοῦ αὐτοῦ μηνός, ἡμέρᾳ α'*. Caeterum ab hoc Thoma exstructum fuisse Triclinium illud, quod Thomaites dicebatur, auctor est Nicephorus Callisti lib. xviii, cap. 44. Sed vide quae de hoc Triclinio habet Ducangius, lib. II, n. 8.*

Ibid. *Σέργιος διάκονος, etc., τῶν ἐν . . . καὶ γράτῃ τῶν λιμένων πτωχείων, etc., ἔτη κη', μῆνας ζ'*. Locus hic mutilus suppleri aliquo modo potest ex Chronico Alexandrino, ubi sic de Sergio habetur: *Σέργιος διάκονος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πτωχοτρόφος, φρουρὸς λιμένος. Quod sic interpretatur Ducangius: Sergius, Magnae Ecclesiae Constantinopolitanae diaconus, et ptochiorum praefectus, custos pontus. Sed perperam ibi in notis monet laudatus Ducangius: Alius, ni fallor, a Sergio, quem diaconum duntaxat indignant scriptores. Sergio autem hic licet esset Magnae Ecclesiae diaconus, tamen a Syris et Jacobitis generis originem traxit, ut testatur idem Nicephorus Callisti, lib. xviii, cap. 44. Quid vero significet πτωχείων, vide Ducangii Gloss. Grac. eodem v.*

Quod autem attinet ad hujus sedis tempus, cum sedisse in episcopatu Constantinopolitano annis 29, ostendunt Tabulae Theophanis; sanctus vero Nicephorus in Chronographia ex editione doctissimi P. Goar eidem assignat annos 21, dies 21, ex nostra editione annos 28, menses 7, dies 21. Certum tamen est ex Chronico Alexandrino, Sergium successisse S. Thomae die octavo Aprilis, indictione xiii, hoc est, anno Christi 610, qui dies illo anno in Sabbatum sanctum incidebat. Sed ibi in eodem Chronico pro die octavo Aprilis scribendum esse die 18 docet Pelavius in Notis ad Nicephorum, ubi de morte Sergii agitur; cujus quidem integra verba, quae ad hujus patriarchae sedis annos spectant, hic exscribere post verba S. Nicephori libet: *Κατὰ οὗ τῆν δωδεκάτην ἰνδοκτιῶνα τελευταίῃ Σέργιος ὁ τοῦ Βυζαντίου πρόεδρος, etc. Indictione duodecima Sergius Constantinopolitanus patriarcha moritur. Ubi istaec monet Pelavius;*

Indictio hæc a. 638 inchoata est, Heraclii 29. Quare a 639 ejus obitus notatur in Magnis Annalibus, cum sedisset a. 28, dies 21, ut est in Chronico Nicephori: sed falso. Nam ab eo constat Heraclium esse coronatum. Ergo ejus initium in Annalibus notatur a. C. 608, indict. 11, Phocæ 6, adeo ut 32 annos ei Ecclesie præfuerit. Verum Theophanes 29 sedisse tantum asserit. Qua ratione anno Christi 610 episcopatum iniiit, Phocæ imperatoris ultimo. Ultimus vero ejus annus incurrit in 638, indict. 11, Heraclii 28. Alexandrinum Chronicon, pag. 875, annum illum, quo Sergius patriarcha creatus est, multiplici charactere designat. Siquidem Martii 20, feria 6, mortuum refert Thomam illum antecessorem: qui 22 mensis ejusdem sepultus est, Dominica die. Postea vero Aprilis 8, indict. 13, Sabbato magno Sergium creatum pontificem. Subjicit et alium feriae characterem, Octobris 3, indict. 14, Sabbatum fuisse, de quo supra disputatum est. Annus ille procul dubio Christi est 610, cyclo solis 3, lit. Dom. D. Ideo Martii 20, feria 6, et 22, Dominica. Cyclos lunæ 3, tertius Paschalis 15 Aprilis, Cyclos solis Constantinopolitanus 26, concurrentes, sive epactæ solis 3, quæ cum regularibus diei dant feriam 2. Quare Pascha Aprilis 19, et Sabbatum magnum 18 ejusdem. Unde in Chronico pro 8 rescribendum 18. Ex hac observatione superiorum patriarcharum seriem idem in Annalibus corrigas. Veluti cum Thomæ primus annus comparatur cum a. 606, Phocæ 4. In quo suffragatoris quidem, quod ad Phocæ annum attinet, habent Theophanem ac Cedrenum, sed utrumque errore lapsum. Nam cum Theophanes Thomæ tres annos tribuat, et a. 4 Phocæ primum illius numeret, Sergii primum duobus annis accommodat, 7 et 8. Longe melius in Alexandrino Chronico Cyriacus e vivis excessisse dicitur Octobris 29 die Sabbati, curatumque illius funus postridie Domini. Fuit hic annus 607, cyc. solis 27, lit. Dom. B, indict. 10, Phocæ 4 pene absoluto. Sequenti a. 607, Phocæ 5, indict. 10, post Cos. Phocæ a. 4 Januarii 25 creatus est Thomas. Sedit itaque a. 3. Nicephor. in Chron. tribuit a. 5, m. 5. Sed interregni spatium complexus est. At vero corrigendum rursus Chronicon, dum Phocæ 5, quo creatus est Thomas indict. 10 notat post consulatum Phocæ 3. Siquidem Phocæ primum inchoatur, ex eodem Chronico, indict. 6 Novemb. 25 Dominica, cum die 23, feria 6 inauguratus esset a Cyriaco. Annus est Christi 602, cyclo solis 25, lit. Dom. G. Anno 603, indict. 6, Phocæ consulatum iniiit. Ergo anno 604, Phocæ 2, indict. 8, numerari cœpit post ejus consulatum 1, anno d'sinde 605, Phocæ 3, indict. 8, annus fuit post consulatum 11. Itaque a. 606 Phocæ 4, indict. 9, est ab ejus consulatu 11. Annus vero 607 Phocæ 5, indict. 10, post ejus consulatum ordine 14 est. Male igitur in Græco, indict. 9 et 10 bis iteratur τὸ γ'. Hac paulo accuratius a nobis excussa sunt, ut et illorum temporum historie, et luculentissimum Chronico aliqua ex parte consuleretur. Sic Petavius. Unde apparet optime S. Nicephorum Sergio tribuisse annos 28, menses 7, dies 21. Vide quia post Petavium habet Pagius ad annum Christi 639, n. 8.

Col. 456 D. Πύρρος πρεσβύτερος, etc., ἔτη β', μῆνας θ' ἡμέρας θ'. Idem temporis spatium Pyrrho assignat et sanctus Nicephorus in Chronographia. At vero Theophanes annos tres eidem attribuit. Certum est enim Pyrrhum Sergio successisse anno Heraclii 50, Christi 639, mense Januario, sed quod die non liquet. Pellitur autem e sede Pyrrhus anno ab Heraclii morte altero, ac in ejus locum Paulus instituitur mense Octobri, indictio. e 15, ut habent Theophanes et Cedrenus: quibus asupulatur et sanctus Nicephorus in Breviario historico. Igitur anno Christi 641, eodem quo Heraclionas obiit,

A ejectus est Pyrrhus, non vero anno 642, ut perperam habetur in Annalibus; siquidem indictio 15 iniiit anno 641 mense Septembri. Vide Petavii eruditissimas notas ad sancti Nicephori Breviarium historicum; quas sæpe Pagius ad verbum, ut aiunt, exseripit. Cæterum quod ait hic Nicephorus Callisti, Pyrrhum a Philippico et Gordia constitutum fuisse temporis ratio non admittit.

Col. 457 A. Παῦλος πρεσβύτερος, etc., καὶ ἐπὶ τῶν φυλακῶν, ἔτη β', ἡμέρας κς'. Totidem annos totidemque dies Paulo attribuit et sanctus Nicephorus in Chronographia. Verum Zonaras et Theophanes tam in Chronico quam in tabulis eidem insertis Paulo annos duodecim assignant. Sic idem Theophanes in Chronico: ΚΗ. ἐπίσκοπος Παῦλος ἔτη β', *Episcopatum Constantinopolitanum annos duodecim Paulus obtinuit.* At cum Paulus iste ordinatus sit mense Octobri indictione 15, hoc est, anno Christi 641, uti supra demonstravimus, obieritque inter diem decimum nonum mensis Decembris anni sexcentissimi quinquagesimi quarti, et diem 13 mensis Martii anni insequentis, necesse est, eum sedisse annos tredecim, et menses aliquot, uti pluribus docet Pagius ad annum Christi 651. Cæterum ἐπὶ τῶν φυλακῶν interpretatus sum *super custodias* secutus veterem interpretem concilii Constantinopolitani sub Μελ., Act. 3. Ἰωάννης ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος ἐκκλησιάζικος, καὶ ἐπὶ τῶν φυλακῶν, εἶπε. Ubi vultus interpres: *Ecclesie advocatus, et super custodias.* Unde apparet φυλακῆς seu *carceribus* præfuisse Ecclesie officialem, qui ἐπὶ τῶν φυλακῶν dicebatur.

Ibid. Πύρρος ἀποκατέστη, etc., μῆνας δ', ἡμέρας κγ'. Pyrrho postquam restitutus est in sed in CP. menses item quatuor ac dies 25 attribuit et sanctus Nicephorus in Chronographia, necnon Theophanes in Chronico ad annum Incarnati, secundum Alex. 641, qui Kalend. Septemb. anni Christi 652 inchoatur. Quare Pyrrhi mortem biennio anticipat, quemadmodum Baronius triennio. Ex dictis, inquit Pagius, liquet mortem Pyrrhi contigisse anno sexcentesimo quinquagesimo quinto.

Ibid. Τὰ ὅλα ἔτη αὐτοῦ, etc., ἔτη γ', μῆνας εἰς, ἡμέραι β'. Fallitur hic Nicephorus in computandis annis totius temporis episcopatus Pyrrhi, nisi librarius loco ἡμέραι ββ', qui nomen rus optime quadrat, per errorem scripserit ἡμέραι β', omisso γ'.

Ibid. Πέτρος διάκονος, etc., καὶ περιόθεντης ὁρθοῆς, καὶ γρηγορέως τοῦ ἀγίου κλήμεντος ἔτη β', μῆνας δ'. Petrus hic qui eadem heresi infectus fuit, substituitur in locum Pyrrhi eodem anno Christi 655. Hunc mortem obuisse scribit Zonaras post annos sedis duodecim; totidemque anni in Tabulis Theophani insertis eidem tribuuntur. In Chronographia sancti Nicephori perperam ei anni duo et menses septem assignantur. Hinc etiam deceptus Baronius annos duos eidem tribuit. At Pagius Petrum ultra annos duodecim et menses septem vitam in episcopatu Constantinopolitano protrahere non potuisse scribit; diemque ultimam obiisse anno Christi 666. Tarasius quippe in actione 2 sextæ synodi generalis de Monothelitarum hæresi loquens: *A Petro, inquit, usque ad sextam synodum non plures anni transierunt quam quindecim; quinque intermedio eo tempore pontifices fuerunt, Thomas, et Joannes, et Constantinus a prædictis hæreticis fuerant ordinati: nec propterea reprobatum sunt.* Quare cum prædicta synodus sexta anno Christi 680 celebrata fuerit, et ex annis quibus Petri successores usque ad sextam synodum, prout ipseniet S. Nicephorus scribit, sederunt, manifesto constat Petrum non ante annum sexcentessimum sexagesimum sextum extinctum fuisse. Cæterum περιόθεντης, hoc est,

γ. τελευτήσαντος Ἰωάννου, μετατεθῆναι Γερμανὸν ἀπὸ Κυζίκου, etc. *Post annos tres vero mortuo Joanne, Germanus Cyzico translatus est, etc.* At si initium primi anni imperii Philippici sumendum est a die 15 Augusti anni Christi 711, ut nonnulli putant, anni quatuor optime videntur attribui huic patriarchæ a Nicephoro Callisti; siquidem Philippicus, uti supra diximus, ipso sui imperii initio, dejecto e sede Cyro, Joannem quemdam, ut scribit Theophanes, improbitatis ac prævæ opinionis consortem in ejus locum substituit: Κύρον δὲ τὸν πατριάρχην ἐξώθησεν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ Ἰωάννην τὸν αὐτοῦ συμμύστην καὶ συναίρετικὸν προσέβαλετο. *Cyro vero patriarchæ sede ab eo dejecto, Joannem quemdam improbitatis et prævæ opinionis consortem in ejus locum promovit.* Germanus e Cyzicena metropoli transfertur atque in locum Joannis substituitur anno 2 Artemii, indictione decima tertia, mensis Augusti die undecimo, hoc est, anno Christi 715, ut tradit laudatus Theophanes ad eundem Artemii annum: Τῷ δ' αὐτῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἀρτεμίου, τοῦ καὶ Ἀναστασίου, ἔγ' ἰνδίκτου, μὴν Αὐγούστου ἰα', μετετέθη Γερμανὸς ἀπὸ τῆς μητροπόλεως Κυζίκου εἰς ΚΠ. *Eodem porro secundo anno imperii Artemii, qui etiam Anastasius, indictione decima tertia, mensis Augusti die undecimo, e Cyzicena metropoli CP. Germanus translatus est.* Cæterum fallitur Baronius, uti optime monet et Pagius, dum Joannem hunc depositum fuisse ait, teste Theophane, cum Theophanes contraria scribat ad annum 17 Constantini Pogonati; quem quidem Theophanis locum paulo superius proponimus. Zonaras Joannem post triennium exauctoratum fuisse narrat; verum cum nemo alius, quod sciam, hujus depositionis meminerit, potior procul dubio hac in re fides habenda Theophani.

Col. 457 D. *Γερμανὸς ὁ μέγας, etc. ἔτη ιδ'.* Theophanes ad annum 17 Constantini Pogonati et in Tabulis Germano patriarchæ annos quindecim assignat. At idem Theophanes ad annum 13 Leonis Isauri eidem annos quatuordecim, menses quinque, et dies tres attribuit. De hujus patriarchæ sedis tempore sic scribit Pagius: Quare cum episcopus Constantinopolitanus die 11 mensis Augusti anni Christi 715 consecratus fuerit Germanus, ut patet ex Theophanis capite præcedenti laudato loco, liquet Baronium sancti Germani ordinationem in annum 714 perperam contulisse; sic enim non annos quatuordecim, sed quindecim integros cum aliquot mensium appendice pontificatum tenuisset. Liqueat secundo, loco horum verborum, *dies tres*, legendum esse cum Anastasio, auctore Miscellæ, et Cedreno, *dies septem*. Sic Pagius. At perperam; nam melius legendum *dies tres*: siquidem a die 11 mensis Augusti, anni Christi 715, quo Germanus consecratus fuit episcopus Constantinopolitanus ad diem 22, anni Christi 750, quo Anastasius in ejus locum successus est, intercedunt anni quatuordecim quinque et dies tres.

Ibid. *Ἀναστάσιος πρεσβύτερος, etc., ἔτη κδ'.* Huc impiissimo Anastasio annos viginti quatuor assignat et Theophanes non solum in Tabulis, sed etiam ad annum 17 Constantini Pogonati. Eundem annorum numerum ipsi attribuit sanctus Nicephorus in Chronographia ex nostra editione; at ex editione R. P. Goar anni 21 perperam eidem ascribuntur; siquidem Anastasius die vicesima secunda mensis Januarii anni Christi 750, in locum Germani depositi substituitur, ut scribit Theophanes ad annum 13 Leonis Isauri: Τῇ δὲ κβ' τοῦ αὐτοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς χειροτονοῦσιν Ἀναστάσιον τὸν ψευδώνυμον μαθητὴν καὶ σύγκλητον τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Γερμανοῦ συνθέντων τῇ Λέοντος ἀσεβείᾳ διὰ φιλαρχίαν κοσμικὴν προχειρισθεῖς; ΚΠ. ψευδοπίσκοπος. *Hæc autem vicesima secunda ejusdem mensis Januarii Anastasium falsi nominis virum, iusius*

A beati Germani discipulum, et syncellum in ejus locum suffecerunt, qui videlicet domini sæculi ambitione motus, cum Leonis impietati assentiret, falsus Constantinopolitanus episcopus est. Et quidem legendum esse, τῇ δὲ κβ', non vero ut in textu editionis Regiæ habetur, τῇ δὲ ζ' suadet codex Barberinus, Miscellæ et Anastasius: et quidem dies vicesima secunda mensis Januarii hoc anno cum Dominica concurrebat, qua ordinationes episcoporum fieri solitæ erant, ut supra sæpe monuimus. Moritur saevilegus Anastasius anno 13 imperii Constantini Copronymi, Christi 753, ut narrat Theophanes eodem loco. De morte Anastasii vide Breviarium historicum sancti Nicephori patriarchæ CP. ex editione Petaviana pag 205.

Ibid. *Κωνσταντῖνος μοναχὸς, etc., ἔτη ιθ'.* Huic patriarchæ annos duodecim assignant sanctus Nicephorus in Chronographia, et Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati. Verum Pagius qui existimavit statim post mortem Anastasii successum fuisse in ejus locum Constantinum, hoc est, anno Christi 753, nec animadvertit post mortem Anastasii aliquot mensibus Ecclesiam Constantinopolitanam orbatam fuisse pastore, hoc modo ratiocinatur: Constantinus monachus et episcopus Silei patriarcha Constantinopolitanus ab imperatore renuntiatus fuerat anno Christi 753. Mensis vero Augusti die tricesimo indictione quarta, hoc est, anno 766, imperatorem, ut scribit Theophanes, Constantino patriarchæ ejusdem sententiæ consorti æcusatores subornasse, ipsum postea in exilium misisse, et in ejus locum mensis Novembris die decimo sexto quintæ indictionis Nicetam consecratum fuisse; ideoque Constantinus sedit annos 13, non vero 12, ut legitur in Chronico Nicephori et in Tabulis Theophanis. At si Pagius non tantum Theophanis versionem, sed ipsum textum Græcum legisset, animadvertisset proculdubio interpretem omisisse in versione numerum indictionis, qui sane in textu Græco septenarius reperitur; insuper ex eodem Theophanis loco, nimirum ad annum 15 Constantini Copronymi intelligere facile potuit Pagius, et Anastasium obiisse hoc ipso anno, et conciliabulum indictum fuisse, ac celebrari coeptum a mensis Februarii die decimo, indictione septima, hoc est, anno Christi 754, et sub finem illius conciliabuli die octavo mensis Augusti ejusdem anni, Constantinum hunc renuntiatum fuisse ab imperatore patriarcham: sic ibi laudatus Theophanes, postquam de Anastasii morte locutus esset, subjungit: Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβὴς κατὰ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκότων παράνομον συνέδριον τῆρ' ἐπισκόπων συνέλεξεν ἐν τῷ τῆς Περσίας παλατίῳ, ὧν ἐξῆρχεν Θεόδωτος ὁ Ἐφέσου, υἱὸς Ἀψιμάρου, καὶ Πιστιλλᾶς ὁ Πέργης: οἱ γὰρ ἑαυτοὺς τὰ δοξάζαντα δογματίζαντες μηδενὸς παύτος τῶν καθολικῶν θρόνων, Πρώτης φημί, Ἀλεξάνδρειας, καὶ Ἀντιοχείας, καὶ Ἱερουσολύμων, ἀπὸ δικαίτην τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς ἀρξάμενοι, διέκρισαν ἕως ἡ' Αὐγούστου τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος: καὶ τὴν ἐν Βλαχέραις ἐβλήντες οἱ τῆς Θεοτόκου πολέμιαι, ἀνήθρον Κωνσταντῖνον ἐν τῷ ἁγίῳ κρατῶν Κωνσταντῖνον μοναχὸν ἐπίσκοπον γενόμενον τοῦ Συλάου, καὶ ἐπευξάμενος ἔγη μεγάλη τῆ φωνῆ· Κωνσταντῖνον οἰκουμενικοῦ πατριάρχου πολλά τὰ ἔτη. Καὶ τῇ κζ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἀνήλθεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ φόρῳ σὺν Κωνσταντίνῳ τῷ ἀνέρω καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις, καὶ ἐξεφώνησαν τὴν ἑαυτῶν κακὸδοξὴν ἀφῆρσιν ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, ἀναθεματίζαντες Γερμανὸν τὸν ἁγιώτατον, καὶ Γεώργιον τὸν Κύπριον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσορρόδαν Δογμαστικὸν τὸν Μονασίου, ἀνδρῆς ἁγίους καὶ ἀεισέμους διδασκάλους. *Eodem etiam anno impius Constantinus adversus sanctas et venerandas imagines illegitimum trecentorum triginta et octo episcoporum in Hieria palatio coegit conciliabulum, cujus præsens existit Theodo-*

coegit conciliabulum, cujus præsens existit Theodo-

sus Ephesi episcopus Apsimari filius, et Pastillas Pergensis antistes. Isti privatas suas sententias privata auctoritate sancientes, nullo catholicarum sedium, Romæ, dico, Alexandriæ, Antiochiæ et Hierosolymorum præsentæ a mensis Februarii die decimo scilicet initio ad Augusti diem octavum cæptis insisterunt eadem indictione septima; qua ad Blachernas convenientibus istis Deiparæ adversariis; Constantinus Constantinum monachum, qui Sylæi episcopus fuerat, manu tenens, descendit ambonem, et clara elataque voce votis conceptis bene precatus: Constantino, inquit, oecumenico patriarchæ multi anni. Et vicesimo septimo mensis Augusti, imperator in forum progressus cum sacrilego Constantino et reliquis episcopis, qui omnes pravam suam hæresim coram universo populo promulgaverunt, et sanctissimum Germanum, Georgium Cyprium, Joannem Chrysorrhæo Damascenum Mansuris filium, viros sanctos, et venerandos doctores, anathemate ferire ausi sunt. Eadem tere narrat et sanctus Nicephorus in Breviario historico, postquam de morte Anastasii patriarchæ disseruisset pag. 205 editionis Petaviane. At idem Nicephorus in Opere ms. cui titulus: Liber Antirrheticus, cujus duæ partes. Prima: Refutatio et eversio decreti illegitimi et pseudonymi, quod promulgatum est ab iis qui catholicam et apostolicam Ecclesiam deseruerunt, et alienæ sententiæ se accomodaverunt ad evertendam divini Verbi incarnationem. Pars altera: Refutatio testimoniorum quæ Iconomachi contra imagines protulerunt. Hoc, inquam, in opere parte prima cap. 2, laudatus Nicephorus expresse tradit, concilium Copronymianum acephalum fuisse; habitum enim esse Constantinopolitanam sede vacante, nec creatum esse novum patriarcham nisi sub linem concilii. Sic ibi ille loquens de episcopis qui illi concilio interfuere, de Constantino Copronymo, necnon de concilio Copronymiano: Οὗτοι δὴ οὖν οἱ τῶν ἱερῶν ῥαφῶν καὶ παντὸς ἱερατικοῦ καὶ Χριστιανικοῦ λόγου μακρὰν τὴν κατὰ τῶν ἁγίων φέρονται ψήφον, ἤγε, ὅσα καὶ διδάσκαλον τῆς ἀσεβείας ἔργοντες τὸν ἐπ' ἀσεβείᾳ βεβηγημένον μετὰ τῆς ἐνδοθείσης αὐτῷ παρρησίας θεοῦ ἐρούσας. Τοῦτο τοίνυν τὸ ἄθεον ἔργαστήριον ἀκέραιον ταῖς ἀληθείαις καὶ ἀχρηστον καὶ ἀπαράδοτον, ἵνα τοῖς αὐτοῖς ἐκείνων λόγοις χρησιμεύσῃ, δικαίως ἀνκαλοῖτο. Ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς βασιλευούσης ὑβρίως ἀρχιερέως ἔρημος τὸ τηλικαυτὸ ἐτόγγανε. Καὶ γὰρ ἐπὶ τέλει τῶν παρ' αὐτοῖς σκευωρηθέντων ἀναγορεύει καὶ προεπιτίθεται ὁ Μαρμάρ. τὸν ὀνόμαζον Κωνσταντίνον, τὸν δόστηνον ὄντως καὶ τρισύβλον, ἀθύρτως καὶ ἀνιέρως, ἐπὶ σλεβρῶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σωματός, τῆς βασιλείδος ἐπισκοπῶν ὅθεν καὶ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ἱερομύστου πλειστάς ὡσὰς ὑβρίως κατέχευε πολλὰκις παρ' οὗτου ἐπὶ τῆ κακοδοσίᾳ ἐπιλεγμένους. **I**l*i* igitur a sacris locis omnique sacerdotum ac Christiano statu procul dissiti, in sanctos sententiam ferunt, impietatis sue duces ac magistrum necti impietate celebrem, post quam permittente Deo imperium adeptus est. Itaque impia hæc officina vere captiis expertis, inutilis ac traditione destituta (ut ipsorum verbis utamur) merito vocaretur. Quandoquidem et sedes Constantinopolitana tunc temporis vacavit. Nam sub finem eorum quæ ipsi impie moliti sunt, Mamonas, cognominem sibi Constantinum, inebriem sane ac miserimum, nefarie ac impie episcopum Constantinopolitanum renuntiavit ac creat, in antea ac corporis sui exitum. Unde et a Romano antistite plurimas contumelias retulit: sæpenumero ab ipso ob pravam doctrinam reprehensus. Sic sanctus Nicephorus in laudato opere ms., ubi quamplurima alia ignota habentur spectantia ad concilium Copronymianum. Sed quia propetiam predictum opus sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolitani, una cum aliis omnibus ejusdem sancti operibus tum editis tum ineditis typis manebimus, duobus in locis tomis, ideo hic plura exscribere necessarium esse

non duximus. Satis quidem superque quispiam ex propositis intelliget, per plures menses vacasse tunc sedem Constantinopolitanam, et non nisi sub linem concilii Copronymiani Constantinum ab imperatore Copronymo nuntiatum fuisse patriarcham. Quod quidem accidit, ut scribit Theophanes, die octavo mensis Augusti, indictione septima, nimirum anno Christi 754, uti paulo superius demonstravimus, non vero anno 753, ut perperam Pagus existimavit. Restat modo ut videamus quo anno Constantinus e sede dejectus fuerit: quod quidem ipse Theophanes facile præstabit dum scribit ad annum 25 Constantini Copronymi, die tricesimo mensis Augusti, indictione quarta, hoc est, anno Christi 766, imperatorem Constantino patriarchæ ejusdem sententiæ consorti accusatores subornasse, ipsum primum in Hieriam, tum in Principum insulam exulem deportari saxisse. Unde liquet Constantinum sedem Constantinopolitanam obtinuisse annis duodecim, et diebus octo. Cæteram de hujus sacrilegi Constantini miserrima morte legendus Theophanes ad annum 27 ejusdem Augusti.

Col. 460 A. Νικήτας Θλαδίας εὐνοῦχος, etc., . . . μῆρας δ'. Hæc pro Θλαδίας, cum sit repetitio omnino inutilis, legendum puto Σκλάβος vel Σλάβος, aut ὁ ἀπὸ Σκλάβων, ut habetur apud Theophanem, vel ὁ ἀπὸ Σθλάβων, ut legitur in aliis Catalogis Patr. Constantinop.; nam Nicetas iste eunuchus a Sclavis originem ducebat. Numerus autem annorum sedis hujus patriarchæ, cum locustit mutus in codice regio, supplendus est ex Chronographia sancti Nicephori, et ex Theophane. Huic porro patriarchæ laudatus Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati annos quatuordecim assignat. Sanctus vero Nicephorus editione R. P. Goar annos quindecim eidem ascribit; ex nostra vero editione annos tredecim et menses quatuor. At certum est ex Theophane anno 27 Constantini Copronymi Nicetam eunuchum consecratum fuisse patriarcham Constantinopolitanum die decimo sexto mensis Novembris, indictione quinta, hoc est, annis Christi 766. Τῇ δὲ ἑκατοεκάτῃ Νοεμβρίου μηνὸς τῆς πέμπτῃς ἡδουκτιῶνος ψήφῳ τοῦ βασιλέως χειροτονεῖται Νικήτας ὁ ἀπὸ Σκλάβων εὐνοῦχος ἀθέσμως πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως: Cæterum mensis Novembris die decimo sexto ejusdem quintæ indictionis Nicetas a Sclavis originem ducens eunuchus præter fas canonum Constantinopolitanus patriarchæ imperatoris suffragio consecratur. Fallitur ergo sanctus Nicephorus dum ait in Breviario historico, pag. 250 editionis Petaviane, et Constantini depositionem, et Nicetæ electionem contigisse Augusto mense, indictione quarta; quippe Constantinus deponitur, uti supra ex Theophane diximus, die tricesimo mensis Augusti, indictione quarta; Nicetas vero consecratur, uti hic demonstravimus, die decimo sexto mensis Novembris, indictione quinta. Moritur autem Nicetas eunuchus, ut scribit Theophanes ad annum 5 Leonis, die sexto Dominico mensis Februarii, indictione tertia, nimirum anni Christi 780. Τῇ δὲ ἕκτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς τῆς γ' ἡδουκτιῶνος, ἡμέρᾳ Κυριακῇ τῆς Τυροφαγῶνος εὐνοικεν Νικήτας ὁ ἀπὸ Σκλάβων εὐνοῦχος πατρ ἀρχιεπί. **M**ensis autem Februarii die sexto, eoque Dominico, indictione tertia, die Dominico, quo ante Quadragesimam ultima caseum comedendi fit potestas, Nicetas genere Sclavus, eunuchus, Constantinopolitanus patriarcha diem extremum obiit. Hinc igitur manifeste liquet Nicetam hunc Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse annis tredecim mensibus quatuor, utrinque incompletis, ut habetur in Chronographia sancti Nicephori ex nostra editione, ubi eidem anni tredecim et menses quatuor assignantur. Perperam itaque in eadem Chronographia ex editione R. P. Goar huic anni quindecim attribuuntur.

Col. 460. A. Παῦλος ὁ Κύριος, etc. *Ἐτη ε'.* Huic patriarchæ annos quinque assignat et Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati. Sanctus Nicephorus vero in Chronographia ex nostra editæ annos quinque, menses, sex eidem attribuit: ex editione R. P. Goar annos qui quæ et menses octo. Verum Pagius ibidem loco annos 5 legendum ait annos 4. A sexto enim, inquit, die Februarii anni Christi 780, quo ejus decessor vivere desiit, ad mensem Septembrem presentis Christi anni, elapsi sunt anni quatuor, et menses octo, utriusque incompleti. Sic Pagius Cæterum Theophanes ad annum 5 Leonis, postquam de morte Nicetæ cuncti, quæ contigit die sexto mensis Februarii, indictione tertia, anno Christi 780, locutus esset, Secunda, inquit, juniorum Dominica Paulus Cyprius vel invitus patriarcha Constantinopolitanus instituitur: Καὶ τῆ δευτέρᾳ Κυριακῇ τῶ νηστεῶν Παῦλος ὁ τίμιος ἀντιγνώστης ὑπάρχων Κύριος τῶ γένει, λόγῳ καὶ πράξει διαλάμπων, μετὰ πολλῶν παραίτησιν διὰ τῆν κρατούσαν αἵρεσιν, βία πολλῆ, χειροτονεῖται πατριάρχης ΚΠ. *Secunda vero juniorum Dominica Paulus venerabilis lector, Cyprius natione, doctrina et virtute præstans, quamvis ob hæresim, quæ tunc oblinebat, multum reluctaret, imo rim omnino passus Constantinopolitanus patriarcha instituitur.* Idem Theophanes ad annum 4 Constantini filii Irenes Pauli mortem indicat Inquiens die tricesimo primo mensis Augusti indictione septima, hoc est, anno Christi 784. Paulum Cyprium, cum in morbum incidisset, iuscia Irene imperatrice throno nuntium remisisse, et in Flori monasterio monasticum habitum assumpsisse, et hand diu post ad Deum migrasse.

Ibid. Ταράσιος, etc., ἔτη κα'. Tarasio patriarchæ annuum unum et viginti assignat et Theophanes: sic etiam habet et sanctus Nicephorus in Chronographia, nisi quod eidem insuper dies duos attribuit. At Tarasium anno uno et viginti, menses duobus, non vero diebus administrasse Ecclesiam Constantinopolitanam colligitur ex eodem Theophane: quippe Tarasius renuntiatus fuit patriarcha Constantinopolitanus, ut scribit laudatus Theophanes ad annum 5 Constantini filii Irenes, die quinto supra vicesimum mensis Decembris, indictione octava, hoc est, anno Christi 784. Moritur autem Tarasius, ut tradit idem scriptor, ad annum 4 Nicephori, die vicesimo quinto mensis Februarii, indictione decima quarta, videlicet anno Christi 806. Ignatius item dicitur in Tarasii Vita, cap. 11 ait cum e vita migrasse hac ipsa die Februarii, postquam viginti et duos annos pontificalem cathedram decorasset.

Ibid. Νικηφόρος, etc., ἔτη θ'. Theophanes ad annum 17 Constantini Pogonati Nicephoro annos octo assignat; at in Tabulis ipsius anni novem eidem attribuantur. Ignatius vero diaconus in Vita sancti Nicephori ei annos novem, uno mense completo, adscribit: quem quidem numerum optime quadrare scribit Pagius ad annum Christi 814, siquidem, ut tradit Theophanes, ad annum 6 Nicephori imperatoris, sanctus Nicephorus electus fuit patriarcha Constantinopolitanus mensis Aprilis de quoddecima magna Paschatis Dominica, indictione decima quarta, numerum anno Christi 806. Dignitate autem motus est Nicephorus et in exilium missus, ut scribunt Theophanes presbyter in Oratione de Translatione ejus reliquiarum et Ignatius diaconus in ipsius Vita, die 13 Martii anni Christi 815. Sed qui de hujus sancti patriarchæ annis ac scriptis pluribus acturi sumus in Præfatione ad ejusdem Opera, quæ propinque typis mandavimus et quorum conspectum paucis ab hinc annis edidimus, ideo hic pauca, quæ diximus, sufficiunt.

Ibid. Β. Θεόδωτος ὁ Μετασχηρὸς, etc., ἔτη ς'. Statim ac ejectus fuit in exilium sanctus

A Nicephorus, in ejus locum sufficitur Theolotus pseudo-patriarcha, ut scribit Ignatius diaconus in Vita sancti Nicephori num. 73. Hunc Cassiteram cognominatum ait Leo Grammaticus in Leone Armeno, pag. 446. Sed enim pluribus describit Anonymus continuator Theophanis, pag. 411, qui etiam tradit ordinationem ejus factam Paschatis festo; Pascha autem incidebat anno Christi 815, in diem primum mensis Aprilis. Moritur autem impius Theolotus anno Christi 821, ut apparet ex Symeone logotheta, qui in Michaele Balbo, pag. 412, antequam Theophili inaugurationem narrasset quæ contigit anno Christi 821, eo tempore, inquit, summum sacerdotium Antonius Sylæi tenebat. Igitur Zonaras, qui Theodoro annos sex optime assignat, perperam ejusdem mortem tardius differt.

Ibid. Ἀντόριος ἐπίσκοπος Σουλίου, etc., ἔτη ιγ'. Huic patriarchæ annos tredecim et Zonaras ascribit. In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori anni duodecim eidem assignantur. Et hic quidem numerus optime quadrare videtur si anni duodecim utriusque incompleti dicantur; Antonius quippe, uti capite precedenti diximus, pontificatum inivit anno Christi 821. Moritur autem anno 832, cum Joannes seu Jannes, qui ei in pontificatu successit, ordinatus fuerit mensis Aprilis vicesima prima, die Dominica, ut scribit continuator Constantini Porphyrogeniti, ejusdem anni. Cæterum falluntur Curopalata et Cedrenus qui Antonii patriarchæ nullam mentionem faciunt; cujus quidem præter alios scriptores meminit et Theophanes presbyter in oratione de Translatione reliquiarum sancti Nicephori; Nicetas item in Vita sancti Ignatii patriarchæ CP., ubi Antonium hunc cognominatum fuisse Byrsodepsam tradit.

Ibid. Ἰωάννης ὁ καὶ Ἰωάννης μάρτυς, etc., ἔτη ιγ', μῆνας θ'. Zonaras pag. 153 perperam Joanni annos tantum sex attribuit. Melius autem in Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori huic patriarchæ anni novem assignantur. Joannes porro, ut tradit continuator Constantini Porphyrogeniti, ordinatus fuit mensis Aprilis vicesima prima, die Dominica, hoc est, anni Christi 832. Fallitur igitur Baronius qui initium pontificatus Joannis anno 835 consignat, uti optime in meo Pagius. Pellitur autem e sede Joannes cum in hæresi esset obstinatus paulo post mortem Theophili, hoc est, anno Christi 842, uti apparet ex continuatore Constantini Porphyrogeniti, et ex infra dicendis; unde etiam liquet Joannem annos decem incompletos sedisse. Cæterum de hoc Joanne seu Janne patriarcha pluribus agit laudatus Scriptor anonymus pag. 96.

Ibid. Μεθόδιος, etc., ἔτη δ', μῆνας β'. In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori Methodio anni quatuor et menses tres assignantur; verum Pagius Methodium sedisse ait annis quatuor et viginti sex diebus, die emortuali excluso; quippe a die 12 Februarii in quam Dominica incidebat anno Christi 843, et qua Methodium ordinatum fuisse apparet ex continuatore Constantini Porphyrogeniti, ad diem 13 Junii, qua Methodius obisse dicitur in Vita sancti Joannici abbatis apud Surium ad diem 4 Novembris, hoc est, anno Christi 846, ut scribit laudatus Pagius, intercedunt anni quatuor, menses quatuor, et viginti sex dies, die emortuali excluso.

Ibid. C. Ἰγνάτιος, etc., ἔτη ιδ'. In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori Ignatio anni undecim et menses quinque assignantur. Auctor Libelli synodici, qui eo tempore vivebat, annos undecim, menses quatuor, dies viginti eidem attribuit. Nicolaus vero papa in epistola 2 ad imperatorem Michaelem ait, Ignatium per duodecim fere annos regis urbis innocue sacerdotium egisse. Certum tamen est,

ut scribit Pagius. Ignatium anno Christi 846, die quarto mensis Julii, in quam Dominica incidebat, ordinatum fuisse; et eundem postmodum e sede pulsulum anno 857 die vicesima tertia mensis Novembris. Unde liquet auctorem Libelli synodici optime Ignatio annos undecim, menses quatuor, et dies viginti assignasse; et eodem anno Theodoram ex aula, et Ignatium e sede Constantinopolitana ejectos fuisse, uti laudatus Pagius pluribus demonstrat.

Col. 460, C. *Φώτιος*, etc., *ἐτη θ'*. Photius, ut scribit Nicetas in Vita sancti Ignatii patriarchæ C.P. hactenus laicus, ordinatus fuit a Gregorio Asbesta Syracusano archiepiscopo, qui ab aliquot annis a sancto Ignatio dignitate ob improbitatem motus erat; et quidem Photius hunc in modum, ut idem scribit, ordinatur: primo die monachus ex laico, altero lector, tertio subdiaconus, quarto diaconus, quinto presbyter, sexto denique, Decembris die 25, Natali Christi sacro, anni scilicet Christi 857, episcopus consecratur. Pellitur autem e sede Photius a Basilio Macedone et in monasterium Scepen relegatur postero die quam renuntiatus erat imperator idem Basilius, ut scribit laudatus Nicetas, hoc est, die vicesima quinta mensis Septembris anni Christi 867. Igitur Photius sedit annis novem et mensibus novem.

Ibid. *Ἰγνάτιος πάλιν ἐτη ια'*. S. Ignatius in sedem restituitur, ut scribit Nicetas Paphlago in ipsius Vita, die 23 mensis Novembris, anni scilicet Christi 867, cum per annos undecim utriusque incompletos absque episcopatu vixisset. Moritur autem Ignatius, ut scribit idem Nicetas, die 23 mensis Octobris, anni Christi scilicet 877, ut ait Pagius. Itaque Ignatius præfuit iterum Ecclesiæ Constantinopolitanæ annis novem mensibus undecim.

Ibid. *Φώτιος πάλιν ἐπὶ Λεόντος τοῦ Σοφοῦ ἐτη ϑ'*. Photius, mortuo Ignatio, iterum sedem Constantinopolitanam occupat, nonnumquam toto triduo elapso a morte Ignatii, ut scribit Nicetas in ejus Vita, die scilicet vicesima sexta mensis Octobris anni Christi 877. Pellitur autem e sede Photius a Leone Philospho, ut scribit Leo Grammaticus, et in Armeniacorum monasterium, Bordi dictum, relegatur anno Christi 886, ut constat ex iis quæ dicturi sumus de Stephano, qui ei in patriarchatu successit.

Ibid. *Στέφανος ὁ ἀδελφὸς Λεόντος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐτη γ'*. Stephanus Basilii Macedonis filius post patris obitum, a Leone Philospho fratre patriarcha renuntiatur, qui, ut scribit Leo Grammaticus, imminuentibus Christi Nataliis, patriarcha consecratus est a Theophane primæ post patriarcham sedis episcopo, anno scilicet Christi 886. Georgius item Monachus Stephanum ante Christi Natalem patriarcham ordinatum fuisse tradit. Perperam autem hujus patriarchæ sedis tempus intra triennium concludunt Nicephorus Callisti et Cedrenus; siquidem Stephanus thronum Constantinopolitanum tenuit annis sex, mensibus quinque; ut produnt Leo Grammaticus, continuator anonymus Theophanis, Symeon logotheta, et Georgius Monachus; qui sane mense Maio anni octingentesimi nonagesimi tertii ad Deum migravit, ut ostendit Pagius ad annum Christi 888, quo anno perperam Stephani morsa Baronio consignatur.

Ibid. *Ἀντόνιος ὁ Καυλέας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐτη β'*. Sanctum Antonium Cauleam renuntiatum fuisse patriarcham mense Maio anni Christi octingentesimi nonagesimi tertii; satis vero funetum anno 895, pluribus ostendit Pagius ad annum Christi 890. Ceterum hujus sancti patriarchæ memoria colitur cum a Græcis tum a Latinis die 12 mensis Februarii; et in Actis Bollandianis ad eundem diem Februarii recitatur: *Nicephori, beatissimi philosophi et oratoris Oratio funebris, seu*

Vita encomio contextu, magni inter Dei pontifices et admirabilis inter patriarchas Antonii. In hac quidem oratione Antonius ob egregias ipsius virtutes, præsertim liberalitatem in pauperes valde celebratur.

Ibid. *Νικόλαος ὁ ἀπὸ Μυστικῶν ἐτη ιγ'*. Huic patriarchæ annos undecim et Zonaras assignat; Nicolaus quippe mysticus ordinatur patriarcha Constantinopolitanus anno Christi 895, ut scribit Symeon logotheta, qui Antonii mortem et hujus ordinationem cum anno Leonis decimo copulat. Pellitur autem Nicolaus in exsilium a Leone quod ejus quartas nuptias improbaret, ac propterea eundem Ecclesiæ liminibus excluderet, anno Christi 906, uti plurium scriptorum auctoritate docet Pagius.

Ibid. *Ὁ Εὐθύμιος, etc. ἐτη ε', ἡμῶν*. Euthymius Syncellus, vir religiosus ac pius, eodem tempore quo in exsilium missus fuit Nicolaus, renuntiatur a Leone imperatore patriarcha Constantinopolitanus. Pellitur vero postmodum in exsilium Euthymius ab Alexandro ipso imperii ejus initio, anno scilicet Christi 911, uti ex dicendis patebit.

Ibid. *Νικόλαος αὐθις, etc. ἐτη ιγ'*. Alexander imperator ipso imperii initio, pulso e sede Constantinopolitana Euthymio, Nicolaum Mysticum in eandem restituit anno Christi 911, ut scribit incertus continuator Theophanis pag. 233, Symeon logotheta pag. 471, et Georgius Monachus pag. 563. Verum in epistola ad papam Romanum, quam Latine Baronius edidit ad annum 912, Nicolaus ipse testatur restitutum se fuisse ab ipsomet Leone: *Ille vero (Leo) antequam e vita migraret, agnovit flebiliter errorem suum, veniamque a Deo petiit, me inter primos hortatore et deprecatore (adrem enim tunc forte ab exilio revocatus, ab eoque Ecclesiæ gubernationi restitutus), etc.* Sed huic difficultati præsto occurrit Pagius inquiring: Sed auctores isti cum Nicolao conciliari possunt, licet fatendum sit, eos subobscurissimos locutos. Georgius enim Monachus in Leone, num. 44, refert, hunc imperatorem coarctato morbo agrotantem, *Alexandrum fratrem suum imperii clavo præfessisse*. Quare, vivente adhuc Leone Alexandri opera Nicolaus ex exilio revocatus est, et gubernationi Ecclesiæ Constantinop. restitutus. Georgius Monachus in Alexandro num. 4, de hoc imperatore scribit: *Mittens vero adduxit Nicolaum ex Galacrenis, dejecto Euthymio patriarcha; eundemque Nicolaum in patriarchalem sedem denuo restituit. Habituque in Manaura concilio, adductoque Euthymio e Steno, Agathique monasterio, sedens ipse Alexander cum Nicolao patriarcha, depositionem ipsius peregere.* Narratis injuriis tunc Euthymio illatis, subdit: *Rursusque ad Agathi relegatus est, καὶ πάλιν εἰς τὰ Ἀγαθῶν.* Ex his verbis apparet, *Euthymium* bis in exilium actum. Primo vivente Leone, quod Georgius manifeste supponit, cum ait mortuo Leone adductum esse Euthymium *ex Steno, Agathique monasterio*, et relata solemniter ejus depositione subjungit, *rursusque ad Agathi relegatus est*. Sic Pagius; qui procul dubio egregie fallitur, dum ita locum Georgii monachi inteligit, cum ille omnino diversa dicat. Laudatus quippe scriptor mortuo Leone Nicolaum ex Galacrenis adductum esse tradit, non vero Euthymium ex Steno; cum tunc primum postquam restitutus fuit Nicolaus, Euthymius in Senium relegatus fuerit; quem quidem postmodum coacto in Magnaura exilio ex Steno adductum coram omnibus deposuit, ac innumeris injuriis eidem illatis rursus ad Agathi monasterium ablegavit. Sic Georgius: *Ἐβασίλευσεν Ἀλέξανδρος ὁ υἱὸς Βασίλειου ἑτοῦ β', ἡμέρας χθ', σὺν Κωνσταντίνῳ υἱῷ Λέοντος. Ἀποστείλας δὲ ἤγαγε Νικόλαον ἐκ Γαλακρηνῶν, καταργῶν Εὐθύμιον πατριάρχην, καὶ ἐνεύρησας τὸ δεύτερον τὸν αὐτὸν Νικόλαον πατριάρχην ἐπίτοισ*

εἰς τὸν αὐτὸν Νικόλαον πατριάρχην ἐπίτοισ

δὲ τελέντιον καὶ σύνδον Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Μαναύ-
 ρι, ἀγαγὼν Εὐθύμιον ἐκ τοῦ Στενοῦ ἀπὸ τοῦ Ἀγα-
 θίου. Καὶ συγκλιθεὶς ἄλλα Νικολάου πατριάρχῃ, ἐποη-
 σαντο τὴν κατ' αὐτοῦ καθαίρεσιν, ἀτίμως ἀποκλι-
 λοντες τοῦ ἱεροπρεποῦ; καὶ ἀξιαγάστου ἀνδρὸς τὴν
 τιμιαν αὐτοῦ γενετιδᾶ, καὶ ἄλλας τινὰς ὕβρεις καὶ
 ποιηὰς αὐτῷ ἐπιφέροντες, ἄς ἡσύγως καὶ πρᾶως
 ὑπέμεινεν ὁ τίμιος καὶ ἱερὸς ἀνὴρ. Καὶ ὑπερωρίσθη
 πάλιν εἰς τὰ Ἄγαθου, ἔνθα καὶ τελευτήσας, κατατί-
 θεται ἐν τῇ αὐτῇ μονῇ ἐν τῇ πόλει εἰς τὰ Φαραθίου.
*Imperavit Alexander Basilii filius annum unum,
 dies viginti novem cum Constantino Leonis filio.
 Mittens vero adduxit Nicolaum ex Galacrenis, de-
 jecto Euthymio patriarcha; eumdemque Nicolaum
 in patriarchalem sedem denuo restituit. Habitoque
 in Manaura concilio, adducitque Euthymio ex Steno,
 Agathique monasterio, sedens ipse Alexander cum
 Nicolao patriarcha, depositionem ipsius peregere,
 indignis modis vellentis sacri viri, ac decori, digneque
 suscipiendi, venerabilem barbam, aliasque quasdam
 injurias ac poenas illi inferentes, quas vir venerabilis
 ac sacer sedato, ac silentio, placideque ferebat.
 Rursusque ad Agathi relegatus est; ubi et vita sun-
 ctus, deponitur in suo monasterio in urbe ad Psama-
 thi aedes. Ita et incertus continuator Theophanis
 pag. 233, necnon Symeon logotheta pag. 471, nisi
 quod hic secundus addit statim id factum ab Alex-
 andro: Ὁ οὖν Ἀλέξανδρος ἀποστειλάς εὐθύς, etc.,
 hoc est, statim post Leonis obitum, vel statim ac una
 cum Constantino post Leonis mortem imperare
 cepit. Huic patriarchæ annos tredecim attribunt
 etiam incertus continuator Theophanis, et Geor-
 gius monachus. At melius Symeon logotheta huic
 annos 14 assignat; quippe Nicolaus restitutus fuit
 in sedem ab Alexandro imperatore, anno Christi
 911, uti supra demonstravimus; obiit autem idem
 patriarcha, ut ipsi scribunt, die quinta decima
 mensis Maii, indictione tertia decima, hoc est, anno
 Christi 925, unde annos 14, et non 13, eum sedisse
 necessario dicendum est. Ceterum scribæ incuria
 legitur in Symeone logotheta ἰνδοκτιώνος, γ', pro
 ιγ'. Perperam et Baronius Nicolai patriarchæ
 mortem ad annum Christi 930 distulit, uti ex dictis
 liquet.*

Col. 460, D. *Στέφανος μητροπολίτης, etc., ἐτη
 β', μηνᾶς ια'*. Huic patriarchæ annos duos et men-
 ses undecim assignant et incertus continuator
 Theophanis, Symeon logotheta, et Georgius mo-
 nachus. Stephanus quippe, ut tradunt laudati
 scriptores, renuntiatus fuit patriarcha Constanti-
 nopolitanus Augusto mense indictione tertia de-
 cima, hoc est, anno Christi 925. Moritur autem
 die quinta decima mensis Julii, ut ait incertus
 continuator Theophanis, seu die decima octava
 ejusdem mensis, ut scribit Georgius monachus,
 aut, ut tradit Symeon logotheta, die decima octava
 mensis Julii, indictione sexta; at pro sexta le-
 gendum esse prima, hoc est, anno Christi 928,
 nemo non videt: nam a mense Augusto anni Chris-
 ti 923, quo electus fuit Stephanus, ad mensem
 Julium anni 928, intercedunt anni duo et men-
 ses undecim. Ceterum numerus indictionum apud
 scriptores illius ævi passim corruptus deprehendit-
 ur: unde necessario supplendus est ex conjec-
 tura.

Ibid. *Γρύψαρ μοραχός, etc., ἐτη γ'*. Try-
 phon ordinatus fuit patriarcha Constantinopoli-
 tanus, ut tradunt sæpius laudati scriptores, post
 Theophanem, die quarta decima mensis Decem-
 bris, indictione prima, non vero sexta, ut apud
 eosdem legitur, hoc est, anno Christi 928. Try-
 phon vero per fraudem depositus indictione quarta,
 hoc est, anno Christi 931, ut scribit Symeon logotheta,
 pag. 489. Post hujus abdicacionem Ecclesia
 Constantinopolitana viduata fuit pastore annum
 unum menses quinque, ut tradunt incertus conti-
 nuator Theophanis, Symeon logotheta et Geor-

gius Monachus. Igitur si a die secunda mensis
 Februarii anni Christi 933, qua Theophylactus
 ordinatus fuit patriarcha CP., retrocedas per an-
 num unum, et menses quinque, quibus Ecclesia
 CP. pastore viduata mansit, pervenies procul dubio
 ad diem secundum mensis Septembris anni
 931. Itaque anni tres, quibus Tryphon præfuisse
 dicitur, integri non fuere. Cæterum qua fraude
 Tryphon coactus fuit abdicare patriarchatum CP.,
 et cur fraus ei structa, pluribus narrat Symeon
 logotheta pag. 487 et 488, quæ cum sint lon-
 giuscula hic non exscribo.

Ibid. *Θεοφύλακτος, etc., ἐτη κγ', ημέρας κς'*.
 Theophylactus ordinatur patriarcha Constanti-
 nopolitanus die secunda mensis Februarii indi-
 ctione sexta, hoc est, anno Christi 933, ut scri-
 bunt incertus continuator Theophanis, Symeon
 logotheta, et Georgius monachus. Moritur patriar-
 cha Theophylactus, ut scribit Cedrenus, die 27
 mensis Februarii indictione 14, nimirum anno
 Christi 956. Huic patriarchæ annos viginti tres,
 et dies viginti quinque assignat et laudatus Ce-
 drenus; scriptores vero post Theophanem sæpe a
 nobis citati numero rotundo loquentes eidem
 annos viginti quatuor attribunt. Cæterum hu-
 jus patriarchæ perditos mores pluribus laudati
 scriptores describunt.

Col. 461 A. *Πολύευκτος, etc., ἐτη ιδ'*. Sanctus
 Polyuctus ordinatur patriarcha Constantinopoli-
 tanus die tertia mensis Aprilis indictione 14, ut
 scribit Cedrenus; quo quidem anno scilicet 956,
 feria quinta in Coena Domini cum die tertia Apri-
 lis concurrebat. Moritur sanctus Polyuctus die
 tricesima quinta a quo acclamatus fuit imperator
 Joannes Zimiscus, ut scribunt Cedrenus et Zonaras;
 quod quidem accidit die undecima mensis
 Decembris anni Christi 969. Igitur Polyuctus
 mors contigit circa diem 16 mensis Januarii anni
 970, cum sedisset, ut ex dictis patet, annis tre-
 decim, mensibus novem, et diebus tredecim.

Ibid. *Βασίλειος ὁ Σκαμανδρητός, etc., ἐτη
 δ'*. Basilius Scamandrenus ordinatur patriar-
 cha Constantinopolitanus Dominica Orthodoxiæ, ut
 scribit Leo diaconus in Historia ms. Festum au-
 tem Orthodoxiæ incidebat hoc anno nimirum Chri-
 sti 970, in diem 13 Februarii, quæ Quadragesima
 Dominica prima fuit. Pellitur autem e sede Basilius
 et in exilium mittitur anno Christi 974, ut
 scribit Pagius; qui hujus rei testem Leonem dia-
 conum citat, qui de Basilio morte agit cum de iis
 quæ anno 974 gesta fuere, loquitur. Igitur si hoc
 anno e vivis Basilius excessit, anni quatuor qui
 eidem assignantur cum a Zonara, tum hic a Ni-
 cephorō Callisti, certe utrinque incompleti
 fuere.

Ibid. *Ἀντώνιος ἡγούμενος Στοῦδου, etc.,
 ἐτη ζ'*. Antonio Studite annos sex attribuit
 et Zonaras: qui quidem anni utrinque fuerunt
 incompleti, ut patet ex iis quæ dicturi sumus
 de ejus successore Nicolao ex Cedreno et Zonara:
 Antonius quippe ipso initio anni Christi 974, pa-
 triarcha CP. renuntiatus fuit; anno vero 979
 ineunte patriarchatum abdicavit.

Ibid. *Νικόλαος ὁ Χρυσόβεργης, etc.* Totum
 hoc caput quod cum a librario, tum a ty-
 pographo depravatum fuit, ita restitutum:
 Νικόλαος ὁ Χρυσόβεργης; ἐπὶ τῶν αὐτῶν βασιλείων,
 τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ χρόνους δ' καὶ ἡμέρας ἀπομάρτυρου
 μαρτύρησιν, ἐτη ιβ', μηνᾶς ιβ'. Quæ sic interpretantur:
 Nicolaus Chrysoberges sub isdem imperatoribus,
 cum Ecclesiam pastore carnisset ad annos quatuor,
 et dimidium, præfuit annis duodecim mensibus octo.
 Et ita legendum etiam supra in versione. Nam
 Antonius Studita, uti supra diximus, anno non-
 gentesimo septuagesimo nono ineunte abdicavit
 patriarchatum: tum Ecclesia CP., ut scribit etiam
 Cedrenus, cum per annos quatuor et dimidium

vacasset, paulo post medium annum nongentesimum octogesimum tertium Nicolaus Chrysoberges patriarcha Constantinopolitanus ordinatur. Huic patriarchæ annos duodecim et menses octo attribuit et laudatus Cedrenus; verum idem scriptor perperam Nicolai mortem, et Sisinnii electionem contigisse tradit indictione octava, hoc est, anno Christi 995, uti monet Pagius, qui anno sequenti id necessario factum esse, ex numero annorum, qui Nicolao a scriptoribus assignantur, demonstrat, et Cedrenum ex ipso nec Cedreno corrigi.

Col. 461, A. *Σισίνιος μάγιστρος ἐπὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας ἔτη ζ'*. Et sic legendum etiam supra in textu, ubi librarii incuria ταυτῆς pro αὐτῆς legitur. Verum fallitur hic Nicephorus Callistum Sisinnio annos septem assignat; melius quippe Cedrenus huic patriarchæ annos tres attribuit. Successit porro Sisinnius Nicolao anno Christi 996, uti paulo superius diximus. Obiit vero idem patriarcha, uti ex iis quæ infra dicturi sumus, patet, a. no 999.

Ibid. *Σέργιος*, etc., *ἔτη κ'*. Sergius hic, qui, ut scribit Cedrenus, gentis a Photio patriarcha ducebatur, suffectus fuit Sisinnio anno Christi 999, ut patet ex eodem Cedreno, qui eidem patriarchæ annos viginti assignat, ac ejusdem mortem contigisse tradit indictione secunda: mense Julio, anno mundi 6527 (Æræ nempe Constantinopolitanæ), a. no nimirum Christi 1019. Cæterum Pagius, cui hæc in re molestiam creabat Epistola Petri Antiocheni patriarchæ, quam scripserat ad Michaellem Cerularium patriarcham Constantinopolitanum, anno 1054 data, et a Baronio anno 1019, num. 9, recitata, ut solveret, inquam, Pagius nodum, Sergium huic patriarcham binominem fuisse asserit; sed cum errasse hac in re ostemit doctissimus P. Lequien in dissertatione quam hic subjungimus. Sic ille: Baronius ad annum Christi 1019, n. 9, ubi ex Curopalata refert in Sergii patriarchæ Constantinopolitani locum suffectum fuisse *Eustathium primum presbyterorum qui erant in templo regie*; subjungit hæc observationem. Quod autem idem dicat Sergium sedisse viginti annos integros, subrogatum in locum Sisinnii defuncti, videtur præternissus ab eo Joannes patriarcha, quem Petrus patriarcha Antiochenus in epistola quam scripsit ad Michaellem Cerularium Constantinopolitanum patriarcham, ponit sedisse ante Sergium, tenuisseque sedem illam vivente Joanne itidem nominato Romano pontifice, ejus nominis decimo nono. Sunt hic recitanda ejus verba, quibus plenissima fides astruitur. Sic se habent: *Et hac in re ego quidem testis fidus et alii multi Ecclesiæ proceres, quod tempore beatæ memoriæ patriarchæ domini Joannis, Romanus pontifex Joannes etiam nuncupatus, in sacris diptychis habebatur, et cum Constantinopolim quadraginta quinque adhuc annis venissem, inveni tempore beatæ memoriæ domini Sergii prædictum Joannem in sacra Missa una cum aliis sanctissimis relatum*. Hæc Petrus Antiochenus de rebus gestis suo tempore quas et vidit. Cum igitur hæc ita se habuisse noscantur, longe minor erat Sergii episcopatus numerus, totique annos sit necesse minui a sede Sergii, quot tenuerit eam idem Joannes. Hæc illustrissimi Annalium ecclesiasticorum parentis observatio erucem fixit clarissimo critico Antonio Pagi, cum non solum ex Curopalata, verum et ex aliis Byzantinæ scriptoribus, et omnibus, qui plurimum sunt, Constantinopolitanorum patriarcharum Indicibus et Catalogis patet, nullum qui Joannes nominaretur, Regiæ hujus urbis sedem tenuisse. A quo negotio ut se expediret, hoc statuit vir pereruditus. Ex iis Petri Antiocheni verbis tantum sequitur, Sergium patriarcham Constantinopolitanum binominem

fuisse, et Joannem etiam appellatum. Sergium enim annos viginti Ecclesiam Constantinopolitanam administrasse, non tantum Curopalates et Cedrenus, sed etiam Zonaras et auctor Catalogi episcoporum Byzantinorum lib. iv Juris Græco-Romani relati, fidem faciunt. Sic præstantissimus Pagius secare tentavit nodum, quem solvere facili negotio poterat ex accuratori editione Græco-Latina epistolæ Petri ad Michaellem Cerularium, quam Joannes Cotelerius publici juris fecit t. II, *Monum. Eccl. Græc.* Ex ea siquidem compertum habemus Joannem illum patriarcham Antiochenum fuisse, non Byzantinum. *Ἐπὶ δὲ τοῦτοις, inquit Petrus n. 5, καθὼς μάρτυς ἀπαράγραπτος, καὶ ἄλλοι σὺν ἐμοὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐλλογίμων ποῖλοι, δὲ ἐπὶ τῷ μακαρίτῳ πατριάρχει Ἀντιοχείας κυρῷ Ἰωάννῃ, ὁ πάππας τῆς Ῥώμης Ἰωάννης, καὶ αὐτὸς ἀκούων ἐν τοῖς διπτύχοις ἀνεφίρτετο. Καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ πρὸς χροῖων τεσσαράκοντα καὶ πέντε εἰσελθὼν εὐρον ἐπὶ τοῦ μακαρίτου πατριάρχου κυροῦ Σεργίου τὸν δηλωθέντα πάππαν ἐν τῇ θεῖᾳ μυσταγωγίᾳ μετὰ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν ἀναφερόμενον. Ad hæc ego quoque testis sum omni exceptione major, atque necum plures eorum qui in Ecclesia citari sunt, quod sub beatæ memoriæ patriarchæ Antiochiæ domno Joanne, papa Romæ, ipse etiam Joannes nominatus, in sacris diptychis referretur. Constantinopolim præterea ante hos annos quadraginta et quinque cum venissem, reperi sub beatæ memoriæ patriarchæ domno Sergio prædictum papam in sacra Missa cum aliis patriarchis referri. Quamobrem Baronius subindeque Pagius ex imperfecta vitiosaque Metii translatione Epistolæ Petri Antiocheni decepti fuerunt.*

Ibid. *Εὐστάθιος*, etc., *ἔτη δ'*. Sergio mortuo, in ejus locum suffectus Eustathius, Palatinæ ædis presbyterorum princeps, anno mundi 6527, ut scribit Cedrenus, hoc est, anno Christi 1019. Eustathius mortuus paucis diebus ante mortem Basilii Bulgaricidæ, quæ contigit, ut scribit Cedrenus, mense Decembri, indictione nona, anno 6534 (Æræ nempe Constantinopolitanæ, Kalendis Septemb. anni Christi 1025 inchoato). Igitur si Eustathius statim post mortem Sergii, quæ contigit, uti supra ex Cedreno diximus, mense Julio anni Christi 1019, patriarcha Constantinopolitanus renuntiatus fuit, certe Eustathio non anni quatuor, sed anni quinque, menses quatuor, et aliquot dies attribuendi sunt.

Ibid. *Ἀλέξιος*, etc., *ἔτη ιη'*. Alexius statim post mortem Eustathii ab imperatore Basilio Bulgaricidæ patriarcha Constantinopolitanus renuntiatur; et quidem ipso mense Decembri, anni Christi 1025, quo mortuus est idem Basilius Augustus, cum, ut scribit Cedrenus, Basilio ægrotante renuntiatus fuerit Alexius: *Ὁ δὲ διάβολος ὁ βασιλεὺς ἐποίησεν Ἀλέξιον μοναχόν, καὶ καθηγούμενον τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου, εἰς ἐπίσκοπον αὐτοῦ προσηγόρευτα μετὰ τῆς τιμῆς κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου. Ὅν καὶ πέμψας ἐνθρονίζει δια τὸ πρωτονοταρίου Ἰωάννου, ὃ συνεργῶ ἐχρητο πρὸς τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν. Καὶ τῆς ἑσπερας ἔτελει τ. σ. ε.* In cujus locum imperator substituit Alexium monachum, Studiani monasterii magistrum, qui ad ipsum invisendam causam venerat, afferens secum caput Joannis Baptistæ. *Eum ergo cum per Joannem protonotarium, cujus opera in administrandis publicis negotiis utebatur, in solio patriarchæ collocasset, vespere expiravit.* Mortuus Alexius die vicesima mensis Februarii, indictione undecima, ut scribit Cedrenus, nimirum anno Christi 1045. Igitur anni decem et octo qui Alexio assignantur hic a Nicephoro Callisti et a Zonara, fuerunt omnino incompleti, quippe, ut patet ex iis quæ testè Cedreno diximus, Alexius sedit annis decem et septem, ac mensibus fortassis duobus; nam quo die mensis Decembris anni 1025, Alexius

r nuntiatus fuerit patriarcha non liquet ex scripto-ribus, quod sciam.

Col. 431 B. *Μιχαήλ ὁ Κηρουάδοιος*, etc., *ἔτη ιε'*. Michael Cerularius schismatis Græcorum auctor sufficitur Alexio die Annuntiationis festo, indictione undecima, ut scribit Cedrenus, nimirum die vicinima quinta mensis Martii anni Christi 1045. Huic patriarche annos quindecim attribuunt et alii Catalogi patriarcharum CP., ideoque Baro-nius Michaelis Cerularii depositionem anno Chri-sti 1058, collocavit. At Pagius Michaeli Cerulario annos sexdecim et menses tres assignat, eumque e sede pulsum fuisse ait anno Christi 1059, quippe Curpalates, inquit Pagius, asserit Cerularium die festo Archangelorum dignitate depositum esse, cui Zonaras suffragatur. Græci autem, ut in co-rum Menologio videre est, festum Archangelorum ac sancti Michaelis bis in anno celebrant, die nempe octava Junii, et die sexta Septembris.

Ibid. *Κωνσταντῖνος ὁ Δαυκούδης ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ ἐπὶ κυροῦ Κωνσταντῖνου τοῦ Δούκα*, *ἔτη δ', ἡμισυ*. Constantinum Lichudem quem Nicephorus Callisti, seu potius librarius omiserat, hic reponimus in-ter Michaelæm Cerularium et Joannem Xiphili-num ex altero Catalogo patriarcharum CP. a no-bis hic edito ex Jure Græco-Romano. Huic patriar-chæ annos quatuor et sex menses attribuit et Zonaras. Constantinus creatus fuit patriarcha CP. anno Christi 1059, post diem octavum mensis Junii, ut scribit Pagius ex Curpalata; obiit vero circa initium mensis Januarii anni 1064, ut ex infra dicendis patebit.

Ibid. *Ἰωάννης ὁ Σιζιλιῶτης*, etc., *ἔτη ιγ'*, *ἡμισυ*. Huic patriarchæ etiam alii Catalogi patriarcharum CP. annos tredecim et menses sex assignant. At melius Zonaras in Michaele Duca Joanni annos undecim et menses septem attribuit, ut patet ex Anna Comnena, quæ, pag. 75, Joannem Xiphilinum obiisse scribit die secunda mensis Augusti indictione tertia decima, hoc est, anno Christi 1075, unde etiam apparet Joannem ad eam dignitatem evectum fuisse mense Januario anni 1064.

Ibid. C. *Κοσμάς ὁ Ἱερουσαλιμίτης*, etc., *ἔτη ς'*, *ἡμισυ*. Cosmas successit in locum Joannis anno Christi 1075, ut patet ex paulo superius ci-tato Annæ loco. Abdicavit autem patriarchatam Cosmas, ut scribit laudata Anna, pag. 79, post aliquot dies ab Irene coronata, ipsa memoria confessionis sancti Joannis Theologi, hoc est, die octava Maii; postquam patriarchalem dignitatem tenuisset annos quinque et menses novem: *Ὁ μέντοι Ἱεροπρατῆς ἐκείνος καὶ πατριάρχης Κοσμάς, ὃς καὶ πρότερον διεμνημονεύσαμεν, μεθ' ἡμέρας τινὰς κατὰ τὴν μνήμην τοῦ ἱεραρχοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου τὴν Ἱεροπραστικὰν τελεσάς, ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἐβδόμῳ ἐπ' ἐνόματι τοῦ ἡγῆθηθέντος σηκῷ, τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον διαπρέψας, ἔτη πέντε καὶ μῆνας ἐνιαῖα, παραιτεῖται τῆν ἀρχιερωσύνην, καὶ ἀπεισιν εἰς τὴν τοῦ Καλλιῶν μονήν, etc.* *Interim is cujus superius meminimus patriarcha Cosmas post aliquot ab Irene coronata dies, ipsa memoriæ sacrarum antiistitii Joannis Theologi, peracto sa-cro in templo ejusdem sancti Apostoli ad Hebdomum sito, patriarchalem dignitatem ultro abdicavit, postquam eam tenuisset annos quinque et menses novem, recessitque in monasterium Calliæ.* Co-ronata autem fuit Irene initio mensis Aprilis anni Christi 1081. Memoria vero confessionis sancti Joannis theologi occurrit die octava mensis Maii, qua Græci sancti Joannis Evangelistæ festum celebrant. Cæterum Annæ Comnenæ astipulatur et Zonaras, dum in Alexio imperatore scribit, Cosma-nos annos quinque et menses novem Ecclesiam CP. administrasse.

Ibid. *Εὐστράτιος ἐβρουῶχος*, etc., *ἔτη γ'*.

A Eustratio Garidæ annos tres assignat et Zonaras in Alexio Commeno; qui sane scriptor insuper tradit Eustratium post triennium sui patriarchatus dejectum e sede fuisse ab Alexio Commeno ob causam non satis notam. Et quidem spatium trium annorum optime Eustratio convenit; nam, ut patet ex paulo superius citato Annæ loco, Eustratius pontificatum inivit die octava mensis Maii anni Christi 1081. At illam Ecclesiam ultra annum 1884, non rexit, ut patebit ex iis quæ de Nicolao Grammatico ipsius successore mox ex laudata Anna dicturi sumus.

Ibid. *Νικόλαος ὁ Γραμματικός*, etc., *ἔτη κγ'*, *μῆνας ι'*. . . *ἡμέρας ι'*. Nicolao Grammatico in Catalogo patriarcharum CP. a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano assignantur anni viginti septem et menses tres: Zonaras in Alexio imperatore eidem annos viginti septem attribuit; ideoque anno Christi millesimo centesimo undecimo e vita migravit Nicolaus, uti optime monet Pagius; quippe thronum patriarchalem ascendit Nicolaus anno Christi 1081, autè mensem Septembrem, ut patet ex Anna Comnena, pag. 273. Καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ πατριάρχου Νικόλαου παρόντος, ἐφθάσε γὰρ εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀναβιβηκέαις θρόνον ἐπι-νεμήσεως πατριάρχου ἐβδόμη; ἔτους ς' κ' λ' β', μετὰ τὴν Εὐστρατίου τοῦ Γαρόλα παραίτησιν. *Patriarcha ipso præsentè Nicolao (nam in patriarchicum jam thronum ascenderit, indictione septima anni sexies millesimi quingentesimi nonagesimi secundi, post Eustratii Garidæ abdicationem) etc.*

Ibid. *Ἰωάννης Ἱεροπρωτήμων*, etc., *ἔτη κγ'*. Joannes Hieromonachus, ut scribit Zonaras in Alexio imperatore, tum Chalcedonensi præerat Ecclesiæ, et in literis cum profanis tum sacris ab ineunte ætate versatus, sufficitur in lo-cum Nicolai, anno nimirum Christi 1111. Illic vero cum Ecclesiam Constantinopolitanam rexisset annis viginti tribus, obiit anno Christi 1134.

Ibid. *Λέων ὁ Στουπής*, etc., *ἔτη γ'*, *ἡμισυ*. Leo successit Joanni anno Christi 1134, qui cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis octo et mensibus sex, ut scribit hic Nicephorus Callisti, moritur anno 1143, uti optime tradunt Baronius, et Onuphrius in Chron. Eccles.

Ibid. D. *Μιχαήλ μοναχός*, *ἔτη η' β'*, *μῆνας η'*. Michael hic antea prefectus monasterio in insula, quam ex situ Oxiam vocant, ut scribit Cinnamus, vir liberalibus disciplinis, humaniori-busque litteris leviter quidem imbutus, at morum elegantia, rerumque divinarum scientia nemine inferior, teste eodem scriptore, sufficitur in locum Leonis a Manuele Commeno, non vero Michaele, ut perperam scribitur in textu Græco, anno scilicet Christi 1143. Hic cum rexisset Ecclesiam CP. annis duobus et mensibus octo, abdicavit patri-archatum anno Christi 1146, ut scribit Baro-nius.

Ibid. *Κοσμάς ὁ Ἄττικός ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, μῆνας ι'*, καὶ *ἐξεβλήθη*. Additur in Catalogo patri-archarum CP. a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano, καὶ *Ἐκκ ηςία χρεώουσα μῆνας ι'*, *et Ecclesia vidua mansit pastore mensibus decem*. Ni-mirum postquam ejectus fuit e sede Cosmas Atti-cus; qui sane successit Michaeli anno Christi 1146, et anno sequenti quod Bogomilorum hæresi infec-tus esset e sede pellitur, ut scribit Cinnamus, lib. II, num. 10, loquens de rebus quæ imperante Manuele gestæ sunt. Allatus lib. II, *De Consensu Eccles. Occident. et Orient.*, cap. 12, pag. 686, affert sententiam adversus Cosmam latam; quæ cum multa contineat ad illius ævi historiam spectantia, ideo hic a nobis integra proponitur. Σημεῖω, α τῆς καθάρσεως τοῦ γεγονότος πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Κοσμά τοῦ Ἀττικοῦ, ὁμολογῶντος ἀποδειχθέντος τῷ Βογομύλῳ Νίφων. Ταῦτα πα-ραβλήθη. ντα καὶ συνέβη, πιστωθέντα ἐπεσθῆ ἔταρ

σχῆν, μηνί και Ινδικτιώνος τοῖς προγεγραμμένοις ἡμερῶν Φεβρουαρίῳ κς, ἡμέρα τετάρτη, Ινδικτιώνος δεκάτης, προκαθημένον ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Βλαχερνῶν τοῦ κρατίστου και θεοστέπτου ἁγίου ἡμῶν βασιλέως και αὐτοκράτορος, κυρίου Μανουήλ τοῦ Κομνηνοῦ, παρισταμένων τοῦ πανευχεστάτου Καίσαρος κυρίου Ἰωάννου τοῦ Ῥογερίου, τοῦ πανυπερσεστάτου κυρίου Στεφάνου τοῦ Κουνοστεφάνου τοῦ σεβαστοὑπερτάτου κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Ἀγγέλου, τῶν ἐξαδέλφων τοῦ κρατίστου, και ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, τοῦ κυρίου Ἀλεξίου τοῦ υἱοῦ τῆς πορφυρογεννήτου, και Καισαρίσσης κυρίας Ἀννης, τοῦ κυρίου Ἀλεξίου, και τοῦ κυρίου Ἀνδρονίκου, και τῶν υἱῶν τῆς πορφυρογεννήτου κυρίας Μαρίας, και αὐταδέλφους αὐτῆς, τοῦ πανσεβεστάτου Σεβαστοῦ, και μεγάλου Δρουγγαρίου κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ πανσεβεστάτου Σεβαστοῦ δικαιοδότη, και ἐπάρχου κυρίου Ἰωάννου τοῦ κερρινοῦ, τοῦ μεγάλου ἐπιφανεστάτου Κοιαιστορο, και κριτοῦ τοῦ Βήλου, κυρίου Βασιλείου, τοῦ Πικούλου, τοῦ κριτοῦ τοῦ Βήλου, Ἰωάννου τοῦ Ἀλωπιδά, και ἐτέρων οὐκ ὀλίγων τῆς συγκλήτου, και τῶν πολιτικῶν δικαστῶν συμπαραισταμένων αὐτοῖς, και τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων. Εἰ δὲ και ἀνδρὶ παγὶς ἰσχυρῶ τὰ ἴδια χεῖρα, και λόγους οικείου στόματος ἀλίσκεται ἕκαστος, ὁ ἐπὶ βήματος και ταῦτα βασιλικῶ, παρισταμένης μὲν τῆς συγκλήτου, συμπαραισταμένης δὲ και τῆς ἱερᾶς και θείας συνόδου, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ και ἐτέρου πλήθους πολυριθμοῦ, τὰ ἐφ' οἷς παρ' ἄλλων ἤτιετο, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ καταθέμενος, και οὕτως ἔχειν τὸ ἀληθὲς συνομολογήσας, ὡς οἱ ἀπαγγελλαντες τῷ κρατίστῳ και ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ τὰ κατ' αὐτὸν ὀρηγήσαντα, πῶς οὐχὶ και ἀφουτέως, τοῖς τε χεῖλαις τοῖς οικείοις ἐμπειδοθήσεται, και δικαίως τοῖς τούτων λόγοις, ὡς τισὶν ἀρρήκτοις πῆδαις περισφιγχθήσεται; Τοιοῦτο δὲ και περὶ τὸν πατριάρχην ἡσάβε τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Κοσμάδν συμβέδιχε σήμερον. Τῶν τινες γὰρ ἱερωτάτων ἀρχιερίων οὐ μικρῶς ἐπὶ τούτῳ σκανδαλισθέντες ἐφ' οἷς ἕρῳν αὐτὸν ἀνθρώπῳ πρὸ καιροῦ τινος συνοδικῶς ἀποδεβημένῳ, ὡς ἑτερόφρονι, και ἀλλοτρίῳ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ὑψηγουμένῳ τε και διδάσκοντι, καθὼς τὰ ἐπὶ τούτῳ προδάντα συνοδικῶς διέξειαι σημεῖωματα, τῷ καταράτῳ δὴ τούτῳ, και ἀμονάχῳ λέγομεν Νίφωνι ἔδν και ἐς τοσοῦτον ἡ τῆνικαῦτα συναχθεῖσα ἱερὰ ἀπεκίρρυε σύνοδος, ὡς και ἀπρόστον εἶναι, και πᾶσιν ἀπαξιαπλῶ ἀκονίζοντον μέχρι λόγου φιλοῦ, και προαρήσας. Πιρσοδὸν γὰρ τὸ λέγειν περὶ συνιστάσεως τε αὐτοῦ και εὐχῆς, και τῶν ἄλλων ἐφ' οἷς κοινωνεῖν ἄλλοις εἰωθαμεν. Διὰ γοῦν ταῦτα σκανδαλισθέντες, ὡς εἶπομεν, ὅτι περὶ ἀπριξέ κίρῳν αὐτοῦ τὸν τοιοῦτον ἀντ.κο.οὔμενον, και οὐκ ἐν ὁμιλίαις μόνον, και καθ' ἑαυτὸν συνελεύσεσιν, ἀλλὰ και μύρις ἄλλοις συγκοινωνοῦντα αὐτῷ, προσήλθον τε τῷ κραταίῳ και ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ, και ὡς οὐ μικρῶς ἐπὶ τοῖς γινομένοις δαινοπαλοῦντες τῆ πανευσεβείᾳ αὐτοῦ βασιλείᾳ τὰ τοιαῦτα πάντα ἀνήγγειλαν. Ὡς γοῦν οἱο; οὕτος διάπυρος; τῷ ὄντι και ζηλωτῆς πρὸς εὐσεβείαν μὴ τοιοῦτον εἶναι: ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὄλω; ἀνεχόμενος σκανδαλον, αὐτόν τε τὸν πατρ. ἀρχην, και τοὺς ἐνδημοῦντας, πάντας ἡμᾶς συνεκαλεσάτο σήμερον, και ἤρξατο τάχα τὰ κατ' αὐτόν εἰς τὸ μέσον λαλεῖσθαι τε και ἐξετάζεσθαι, ὁ τῆς ἀληθείας Θεός, μεθ' ἧς τῆς ἰδῶν ὡς ἔοικε, συντριβῆς τε ψυχῆ, και πρὸς αὐτόν παρακλήσας; ὁ θεοστέφης ἡμῶν αὐτοκράτωρ τὴν τοῦ παρόντος; πεπολήτου ζήτησιν αὐτόν τοιοῦτον τῆ ἐντέχνῳ τούτου και ἐπιστημοναρχικῆ σοφίᾳ ἐρωτηθέντα, ἐκκλύφαι τὰ κατ' αὐτόν, και χω.ῖς τινος πεποληχεν ἐξελέχοντος. Ὡς γὰρ ἠρωτηθῆ παρα τοῦ βασιλέως αὐτοῦ ὅποῖον ἔα ἔχειν τὸν Νίφωνα, ἀνερυθριάστως οὕτω και γυμνή τῆ κεφαλή, ὅπερ λέγεται, μὴ αἰρετικὸν ἔχειν τοιοῦτον ἀπστοκρατικὸν, ἀλλ' ὀρθόδοξον. Οὕτω γοῦν τοῦ κεφαλαίου δευτέρου τούτου ἐξιλεγχθέντος, και προφανῶς ἐναντίου τοῦ πατρ. ἀρχου τοῖς συνοδικῶς διεγνωσμένοις, ἀκοδεχθέντος, πε-

ριτόν ἡμεῖς κρίναντες ἔμα και αὐτῷ τῷ κρατίστῳ και ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ, ὡς και αὐτῷ συνδιαγνωμοῦντι ἡμῖν μετὰ και αὐτῆς τῆς συγκλήτου ἐπὶ περὶ αὐτοῦ πολυπραγμανεῖν, ὅπως τε τὰ συνοδικὰ σημεῖωματα ἠγείται ὡς οὐδὲν, και τοῦ οικείου μόνου θελήματος ἀντέχεται τε και περιέχεται; και ὅπως σήμερον εἰς κοινὸν ἀπάντων ἐπῆρσαν αὐτὸν ἑαυτὸν ὄντα ἐν Σοδόμοις ἠνώμασας, πάντες ὁμοῦ κατέγνωμεν και αὐτοῦ, ὡς ὁμοφρονούντος τῷ ἀποβλήτῳ και Βογομήλῳ Νίφωνι. Και κατ' αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ σημεῖωματα ἀπόβλητον και ἀνάξιον εἶναι τοῦτον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀξίας ἀπεφηνάμεθα. Ταῦτα παρεκβληθέντα και βαβαιωθέντα ταῖς ὑπογραφαῖς τῶν κάτωθεν δηλοῦμένων ἐπεδόθη, μηνί και ἰνδικτιώνος τοῖς προγεγραμμένοις, εἰτε, ςχλβ'.

Αἱ ὑπογραφαί.

Κωνσταντίνος ὁ εὐτελής ἀρχιεπίσκοπος τῆς μητροπόλεως; Καισαρεία; Καππαδοκίας ὑπέγραφα.
 Ἰωάννης ἀρχιεπίσκοπος Ἐφέσου και Ἐξαρχος πάσης Ἀσίας ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής μητροπολίτης Κυζικίου Θεόφιλος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής μητροπολίτης Νικομηδείας Ἰωάννης ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ μητροπολίτης Χαλκηδόνος Ἰωάννης ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ μητροπολίτης Κλαυδιουπόλεως Γρηγόριος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής μητροπολίτης Λαοδικείας Βασίλειος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής μητροπολίτης Μύρων Θεόδωρος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής μητροπολίτης Λαρίσης Γεώργιος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής μητροπολίτης Ῥόδου Νικηφόρος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ μητροπολίτης Κερασσούτος Πέτρος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής μητροπολίτης Δρίστρας Λέων ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Κωνσταντίνος ὁ εὐτελής μητροπολίτης Χριστιανουπόλεως ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής ἀρχιεπίσκοπος Βυζίνης ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Λέων ὁ εὐτελής ἀρχιεπίσκοπος Παρίου ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής ἀρχιεπίσκοπος Καραβίτης Γρηγόριος ὁ Γαμαλιᾶς ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής ἀρχιεπίσκοπος Γοθίας Κωνσταντίνος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής μητροπολίτης Ἡρακλείας Πέτρος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ἰωάννης παραχωρήσει Θεοῦ μητροπολίτης τῶν Σάρδων ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ μητροπολίτης Νικαίας Λέων ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Βασίλειος ὁ εὐτελής μητροπολίτης Τυάνων Καππαδοκίας ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ Καισαρείας τῆς νέας Νικηφόρος ἑρίσας ὑπέγραφα τόνδε τὸν τόμον.
 Ὁ εὐτελής μητροπολίτης Ἀντιοχίας; τῆ; Πισιδίας Μιχαὴλ ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής; ἐπίσκοπος τῆ; τῶν Νικοπολιτῶν ἐκκλησίας Νικόλαος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ τῆς ἀγιωτάτης μητροπόλεως; Τραϊνουπόλεως; εὐτελής; μητροπολίτης; Ν. κηφόρος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής; μητροπολίτης; Ἀμαστρίδος; Κωνσταντίνος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής; μητροπολίτης; Ἀκαμείας Γεώργιος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής; μητροπολίτης; Μηθύμνης Γεώργιος ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής; μητροπολίτης; Μεσσηνίας; Ἰωάννης ἑρίσας ὑπέγραφα.
 Ὁ εὐτελής ἀρχιεπίσκοπος; Ἀρχ. διοικητικῶν; Νικόλαος; ἑρίσας ὑπέγραφα.

Γεώργιος εὐτέλης ἀρχιεπίσκοπος Κίου ὄρισας ἅπ' ἐπιγράφα.

Ὁ εὐτέλης ἀρχιεπίσκοπος Χερσῶνος Θεοφάνης ὄρισας ὑπέγραψα.

Sententia depositionis patriarchæ Constantinopolitani Cosmæ Attici, qui una cum Bogomilo Niphone sentire compertus est, extracta, et, ut moris est, corroborata, editaque anno 6652, mense et indictione sententiæ præfixis. Mensis Februarii 26 die 4 indictione 10, præsidente in palatio Blachernarum potentissimo et a Deo coronato, sancto nostro rege et imperatore domino Manuele Comneno; assistentibus fortunatissimo Cæsare domino Joanne Rogerio, panypersebaste Stephano Contostephano sebastoypertato domino Constantino Angelo, patribus potentissimi et sancti nostri imperatoris, domino Alexio filio Porphyrogenetæ, et Cæsariis dominæ Annæ, domino Alexio et domino Andronico, et filii Porphyrogenetæ dominæ Mariæ, et germanæ sororis ejusdem, pansebasto sebasto, et magno drugario, domino Constantino Comneno, pansebasto sebasto diacodota et præfecto, domino Joanne Paronita, magno et illustrissimo quæstore, et Beli iudice, domino Basilio Peculio, iudice Beli Joanne Alopia, et aliis non paucis senatoribus, et civilibus iudicibus, simul assistentibus, et ecclesiasticis præsidibus. Si homini laqueus sunt validus propria labia, et proprii oris sermonibus singuli capiuntur, qui in suggestu est, eoque imperiali, assistente senatu, assistente etiam divina ac sacra synodo et alia innumera multitudine, de quibus ab aliis in iudicium vocabatur, ea ipse per se deponens et ita rem se habere dicens, ut qui ea retulerunt, potentissimo et sancto nostro imperatori narraverunt, quam ratione propriis labiis, veluti inevitabili lege, non compediatur. jureque merito eorum sermonibus, quasi in fragilibus compedibus non adstringetur? Tale quid et patriarchæ reginæ hujus urbium Cosmæ hodie accidit. Namque, cum nonnulli sanctissimi antistites illi offensi, quod eum conspicerent hominem paucos ante annos synodo coacta rejectum, tanquam alii sentientem, et a catholica Ecclesia diversa suggerentem edocentemque, ut sententiæ de eo in plena synodo latæ tradunt; hunc, inquam, scelestum et monachum ementium Niphonem, quem tum celebrata sacra synodus ita condemnavit, ut nulli accessus ad ipsum concederetur, et a communione omnium, etiam verbulo et salutatione, arceatur; supervacaneum enim erit dicere de convicto illius, et oratione, aliisque quibus mutuo consuescere solemus. Propter hæc itaque offensi, ut diximus, quod viderent patriarcham, hunc hominem mordicus propugnantem, nec in colloquiis tantum et cum ipso consentibus, sed et innumeris aliis illi communicantem, accesserunt ad potentem et sacrum nostrum imperatorem, et pro iis maximum in modum iristes, condolentes, piissimæ illius majestati cuncta nuntiarunt. Ut itaque is est vere inflammatus et zelo ad pietatem succensus, non sustinens simile in Ecclesia offendiculum, patriarcham ipsum, omnesque nos in urbe immorantes, hodie coegit et jam patriarchæ res in medium afferri examinarieque cæpta erat: testis veritatis Deus: cum omni animi dejectione, et submissis ad Deum precibus, a Deo coronatus noster imperator de eo questionem habens sua artificiosa atque epistemonarchica sapientia, patriarcham interrogavit; qui sua edixit omnia, absque eo quod ullus redargueret. Ad ipso enim imperatore interrogatus, qualem censeret Niphonem esse, impudenter nimis, et aperto capite, quod dicunt, Niphonem non hæreticum, sed orthodoxum se existimare, affirmavit. Hac itaque ratione hoc secundo capite comperto, et palam patriarcham synodicis decretis adversari, supervacaneum rati, quod ipse quoque potentissimus et sanctus noster imperator, qui una nobiscum sententiam ferebat, et

ipse senatus senserunt, de eo exactius inquirendum esse, et quomodo synodalia edicta nihili faciat, sed proprio tantum arbitrio adhæreat, illique obsecundet, et quomodo hodie omnibus, audientibus, semetipsum solum Lot inter Sodomas nuncupavit; omnes simul eum condemnamus, tanquam una sententem cum ejecto Bogomiloque Niphone, et secundum edictorum tenorem dejicimus, et indignum archieratica dignitate declaramus. Hæc extracta, et inferioribus inscriptionibus corroborata, publicata sunt, mense et indictione supra scriptis, anno 6652.

Subscriptiones.

Constantinus humilis archiepiscopus metropolis Cæsareæ Cappadociæ subscripsi.

Joannes archiepiscopus Ephesi; et exarchus totius Asiæ, determinans subscripsi.

Humilis metropolita Cyzici Theophilus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Nicomediæ Joannes determinans subscripsi.

Metropolita Chalcedonis Joannes determinans subscripsi.

Metropolita Claudiopolis Gregorius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Laodiceæ Basilius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Myrorum Theodorus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Larissæ Georgius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Rhodi Nicephorus determinans subscripsi.

Metropolita Cerasuntis Petrus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Dristræ Leo determinans subscripsi.

Constantinus humilis metropolita Christianopolis determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Buziæ determinans subscripsi.

Leo humilis archiepiscopus Parii determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Carabizæ Gregorius Camalæ determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Gothiæ Constantinus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Heraclææ Petrus determinans subscripsi.

Jonnes permissione divina metropolita Sardonum determinans subscripsi.

Metropolita Nicææ Leo determinans subscripsi.

Basilius humilis metropolita Tyanorum Cappadociæ determinans subscripsi.

Cæsareæ Novæ Nicephorus determinans subscripsi hunc tomum.

Humilis metropolita Antiochiæ Pisiæ Michael determinans subscripsi.

Humilis episcopus Ecclesiæ Nicopolitarum Nicolaus determinans subscripsi.

Sanctissimæ metropoleos Amastridis Constantinus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Apameæ Georgius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Methymnæ Georgius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Messanæ Joannes determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Arcadiopolis Nicolaus determinans subscripsi.

Georgius humilis archiepiscopus Cii determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Chersonis Theophanes determinans subscripsi.

Verum supra annus mundi secundum æram Constantinopolitanam a Septembri incipientem 6652

ritus est, legendumque, ut scribit Pagius, anno 6655, qui mense Februario sequentis anni concurrat cum indictione 10 quo feria 4 incidit in diem 26 Februarii. Cæterum Nicetas Choniates lib. II, ubi Cosmæ patriarchæ virtutes describit, et præcipue pietatem ac benignitatem in pauperes, aliam ejus depositionis causam, non hæresim scribit: Cosmæ, inquit, æmuli ad Manuelem eum calumniantur, quasi Isaacio fratri regnum conciliare studeret; hinc Manuel, Cosmæ deturbare cupiens, eum cum Niphone, quo et in mensa et in ædibus utebatur, sentire perperam, fingit, ideoque ut sectatorem ac suffragatorem damnati a synodo hominis, eumdem quoque condemnari jubet; quod quidem et factum fuit; verum in vindictam injustæ depositionis imperatricem nullos mares perperisse, ut ei Cosmas imprecatu fuerat, etc.

Col. 462. D. Νικόλαος μοναχός ὁ Μουσαλῶν, etc., ἐπισκόπησεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔτη γ', μῆνας δ'. Ex iis quæ capite præcedenti diximus liquet Nicolaum Musalonem in locum Cosmæ Attici suffectum fuisse die vicesima sexta mensis Decembris anni Christi 1147, cum sedes Constantinopolitana vacasset post depositionem Cosmæ per menses decem, nimirum a die 26 mensis Februarii ejusdem anni. Hic autem abdicato Cypri archiepiscopatu in monasterium Cosmidii se contulit, cui aliquot annos præfuit, ut habetur in Jure Græc.-Rom. lib. IV, cap. 4, ubi de translationibus episcoporum. Quod vero in hoc capite, et apud Nicephorum Callisti legitur, eum antea fuisse Cypri archiepiscopum, confirmatur ex Cinnamo pag. 47, qui rem totam pluribus tradit hisce verbis: Ὁ δὲ βασιλεὺς Νικόλαός τινα, ὃ Μουσαλῶν ἐπίκλησις ἦν, ἐς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνάγει· ὃς εἰς τοὺς ἐκκλησιαστικὰς μὲν πρότερον καταλόγους ἐτέλει, τὸν δὲ τῆς Κυπρίων Ἐκκλησίας θρόνον λαχὼν, εἴτα ἐθε. οντή; ἐκτίθεν ἀρίσταται. Ἄλλ' ἔμα τε ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐγενετο, καὶ ἅμα πᾶν κατ' αὐτοῦ κεκίνηται στάσις, παρανόμως αὐτὸν ἐπιτεθεῖσθαι λεγόντων τῷ θρόνῳ, ἃς ἐν τῇ λαχούσῃ τούτου Ἐκκλησίᾳ καὶ τὴν ἱερωσύνην ἦσαν προσσπουέμενον. Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἰσχυρογνώμων τις ἦν, καὶ τοῦ θρόνου μεβ-εῖσθαι οὐδὲ μὴ ἤθελεν. Ὡς δὲ ποτε βασιλεὺς τῷ πράγματι διατήσοντος, τὴν ἡττονα ἔγνω κληρούμενος, οὐχὶ καὶ εἰσαυθίς ἀνακριθήσεσθαι ἀνασχόμενος, ἀρίστα τότε τοῦ θρόνου, καὶ κατ' αὐτὸν αὐθίς εἶδου. *Imperator Nicolaus quemdam, cognomine Musalonem, ad patriarchalem sedem provehit, qui in ecclesiasticis primum dignitatibus versatus, Ecclesiamque Cypriorum adeptus, ultro postmodum inde recesserat. Verum ut res administrare cepit, omnium statim ora in eum commota sunt, injuste occupatum ab illo thronum clamitantium, ut qui cum Ecclesia, quam nactus fuerat, sacerdotium quoque deposuisset. Sed is obstinatus primo, throno se deturbari haudquaquam passus: ubi autem re ad imperatoris exumen delata, male sibi cessurum agnovit, abdicata ultro dignitate, ad vitam rursus privatam rediit. Nicolaus autem cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis tribus, mensibus quatuor, ut habetur eum in hoc Catalogo Nicephori Callisti, tum in aliis, abdicare coactus fuit patriarchatum circa mensem Aprilem anni Christi 1151. Vide quæ de hoc Nicolao Musalone habet Theodorus Balsamon in Epist. Basil. ad Amphiloehium, cap. 69. Cæterum Baronii aliorumque errata quæ in hac re frequentissima occurrunt, longum omnino foret hic recensere.*

Col. 463. A. Θεόδωτος μοναχός, etc., ἔτη γ'. Nicolao Musaloni successit Theodosius, vir monasticis institutis apprime instructus, ut scribit Cinnamus pag. 47. Quod quidem accidit circa mensem Aprilem anni Christi 1151, ut supra diximus. Ubi autem Theodosius circa mensem Aprilem anni 1153,

cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis duobus, ut scribit hic Nicephorus Callisti.

Ibid. Νεόφυτος ἐγκλειστός, ὁ ἀπὸ τῆς μονῆς τῆς Εὐεργετίδος ἔτη. . . . Inter Theodotum laudatum et Constantinum Chliarensem recensetur Neophytus cum in Catalogo hic a nobis edito ex jure Græco-Romano, tum in aliis Catalogis; sed quoniam hic anno obierit non liquet, cum sedis ejus numerus annorum in laudatis Catalogis non compareat, fortassis temporis injuria deletus. Verum ipse puto hunc Neophytum patriarcham, cum nemo alius ex scriptoribus quod sciam hujus meminerit, commentitium esse, uti ex iis quæ infra dicturi sumus facile videre est. Unde apparebit quanti faciendus sit Catalogus hic Nicephori Callisti, absque cujus subsidio Baronius, Pagius aliique sæpe in errorem prolapsi sunt, ut cuilibet videre licet.

Ibid. Κωνσταντῖνος, etc., ὁ Χλιαρῆς ἔτη β'. Theodoto satis functo, ut scribit hic Nicephorus Callisti, successit Constantinus Chliarenus, anno nimirum Christi 1153, circa mensem Aprilem: obiit autem laudatus patriarcha Constantinus anno 1155, cum Ecclesiam Constantinopolitanam rexisset annis duobus, ut tradit idem Nicephorus. Huic patriarchæ in aliis Catalogis numerus annorum non assignatur.

Ibid. Β. Λουκῆς μοναχός καὶ Χρυσόβερ-γης, etc., ἔτη ιε', μῆνας γ'. Lucas Chrysoberges sufficitur in locum Constantini anno Christi 1155. Qui cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis quindecim, mensibus tribus, ut scribit hic Nicephorus, non ante annum 1169 e vivis excessit. Unde corrigendi sunt Baronius, Pagius, Léonclavius aliique qui ejus mortem prædicto anno non consignant.

Ibid. Μιχαὴλ διάκονος καὶ σακελλῆριος, etc., ἔτη ιγ', μῆνας β'. Michael diaconus et sacellarius Magnæ Ecclesiæ successit Lucae Chrysobergi sub finem anni Christi 1169. Hic cum sedisset annis octo et duobus mensibus, ut scribit Nicephorus, obiit anno Christi 1177.

Ibid. Χαρίτων μοναχός, etc., μῆνας ια'. Chariton initio anni Christi 1177, thronum Constantinopolitanum conscendit, ut patet ex annis quæ ipsius decessoribus assignat Nicephorus, et ex iis quæ dicturi sumus de ejus successore. Huic patriarchæ catalogus Onuphrii in Chron. Eccles. perperam annum unum, menses duos, et dies..... assignat. Moritur autem Chariton sub finem hujusce anni, ut infra videre est.

Ibid. Β. Θεοδόσιος ὁ Βορραδιώτης, etc., ἔτη ζ'. Theodosius Borradiotus successit Charitoni postremis diebus anni Christi 1177, vel ipso initio anni sequentis. De Theodosio autem patriarcha pluribus agit Nicetas Choniates in Alexio Manuelis Comneni filio; qui sane scriptor tradit Theodosium a protosebaste dejectum fuisse e sede, sed haud diu post imperatricis, Cesarissæ et aliorum imperatoris consanguineorum auctoritate in eandem restitutum fuisse; quod quidem accidit, ut ait idem Nicetas, indictione 15 nimirum anno Christi 1182. Anno autem sequenti cum Andronicus filiam Irenen, ex consobrina Theodora Comnena contra leges susceptam Alexio, Manuelis ex incesto concubitu Theodora filio, despondere vult, Theodosius patriarcha una cum paucis ex ordine pontificum et sacerdotum, et ex Patribus conscriptis fortiter adversatur, ac nuptias istas, utpote incestas, procedere nequaquam patreatur. Verum postmodum ubi animadvertit patriarcha se nihil proficere, et mala manifeste ingruere, ac partem meliorem a majori vimet, e sacro palatio in insulam Terebinthum, ubi sibi diversorium et sepulcrum struxerat, discedit; ut habet laudatus Nicetas paulo superius citato loco; unde etiam

suppleri potest locus Nicephori mutilus, ubi habet, A καὶ παρητήσατο διὰ τὴν βασιλείαν.....

Col. 464. B. Βασίλειος διάκονος, etc., ἔτη β', ἤμισυ.... Andronicus imperator in locum Theodosii sufficit Basilium Camaterum, hominem suæ factionis: quem quidem hisce verbis describit Nicetas Choniates in Alexio Manuelis Comneni filio, pag. 169: Καὶ περὶ τοῦ τὴν πατριαρχίαν θρόνον διαδεξομένου, καὶ αὐτῷ πληρώσαντο: τὰ κατὰ ἔρασιν διοικεῖται, καὶ ἐπικρίνεται Ἄνδρον κερ εἰς τὴν οἰκουμένην πρεδρ' ἂν ὁ Καματηρὸς Βασίλειος, ἢ τὸ Ευπαλίον, ὡς ἐλέγεται, αὐτὸς Ἄνδρόνικον ἐφευχόσατο πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιλογὴν, οἷς μονώτατος ἐξ ἀπάντων Ἄνδρόνικῳ ἐγγράφως συνέθετο, ἕκαστα ἐν τῷ ἀρχιερατεῦσιν διαπράττεσθαι, ὅσα φιλητὰ Ἄνδρόνικῳ, κἂν ἔρησαν παναθέμιτα, κάκιστα πάλιν ὀπισθογεῖν ὅσα οὐκ ἦδύνει Ἄνδρόνικον. Cum de successore suæ factionis patriarchæ dando deliberaret, Camatero Basilio œcumenicum pontificatum defert: aut potius illius syngrapha impulsus vendit, qua is promiserat, se quidquid cordi esset Andronicum, quantumvis illicitum, facturum, et ea declinatum quæ illi displicerent. Basilium autem renuntiatum fuit patriarchæ CP. anno Christi 1183, uti capite præcedenti ex eodem Niceta monuimus. Huic patriarchæ annos sex et menses sex perperam assignat Baronius; quemadmodum et Onuphrius in Chron. Eccles. annos tres et menses sex; quippe in omnibus aliis Catalogis eidem anni duo, et menses sex attribuuntur. Igitur Basilium pulsus fuit e sede ab Isaacio Angelo imperatore anno Christi 1186. Causam autem huius depositionis narrat Iudatus Nicetas in eodem Isaacio; unde corrigi ac suppleri possunt ea quæ de Basilio scribit hic Nicephorus Callisti.

Ibid. Νικήτας, etc., ὁ Μουντάνης ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας Ἰσαακίου ἔτη γ' καὶ ἡμέρας ε'. Dejecto e sede Basilio Camatero, in ejus locum sufficit Isaacius imperator Nicetam Muntanum, anno Christi 1186. Sed ne hunc quidem in sacra sede mori pas-us, invitum expulsi, senium et delirium et levitatem causatus, ut scribit Nicetas Choniates in eodem Augusto pag. 259, ubi postquam de Basilio Camatero locutus esset, sic proseguitur: Προβιλλόμενος δ' ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχην τὸν Μουντάνην Νικήταν, τῆς Μεγίστης Ἐκκλησίας ὄντα σακελλᾶρον, οὐδὲ τὸν τρίτεροντα τουτοῦ τῷ θρόνῳ πρῆρκεν ἐναποφύζει, ἀλλ' ἀφέλειαν καὶ κορυφότητα καταγνοῦς του ἀνόρθου, καὶ γῆρας ἐπεγκαλέσας ἀνεγκλήτων, καὶ ἀκοντα του θρόνου ἀπεσφενδόνησε. Nicetam Muntanum pro eo patriarcham designavit, Ecclesiæ maximæ sacellarium, sed ne hunc quidem, hominem natu maximum, in sacra sede expirare passus, invitum expulsi, senium et delirium et levitatem causatus. At ex hisce Nicetæ verbis non sequitur, Nicetam Muntanum statim e patriarchatu pulsum, ut perperam existimavit Baronius; siquidem illa verba denotant tantum hunc patriarcham, etsi senex esset, ante mortem suam dignitate motum fuisse. Huic autem patriarchæ anni sex et menses sex assignantur in Catalogis Philippi Cyprii et Matthæi Cigala; et ita legebatur in Catalogo quo usus fuerat Onuphrius in Chron. Eccles., unde Onuphrius initium Nicetæ Muntani cum anno 1186 connectit, et eundem non ante annum 1192 e sede pulsum scribit. Verum ipse Nicephori Callisti Catalogum secutus Nicetæ depositionem cum anno Christi 1190 connectit. Caserum Nicetæ Muntano annum unum assignat Methodius monachus; ejus quidem scriptoris locum capite sequenti citabimus.

Ibid. Δοσίθεος ὁ ἀπὸ Ἱερουσαλυμων πατριάρχης ἡμέρας θ'. Nemo alius, quod sciam, præterquam Nicephorus Callisti, Nicetæ successorem assignat Dositheum; nam in suis Catalogis, post Nicetam recensetur Leontius; quod quidem videtur committere Nicetas Choniates in Isaacio

Angelo, pag. 259; ejus verba licet sint longinqua, cum ad historiam et seriem horum patriarcharum pernecessaria sint, hic integra describere libet: Φροντιστικώτερον δὲ διατεθεῖς, περὶ τοῦ τὴν κυβερνήσαντα τὴν Ἐκκλησίαν εὐρεῖν προχειροῦς ἐστὶ μέγαν ποιμένα Λεόντιον τὴν μοναχὸν, διαθεστικὸς ὡς ἐπὶ συλλόγων, καὶ διονημῶνος ἐπὶ τοῦ θρασιλικοῦ βῆματος καὶ ὁμηγύρεων, ὡς οὐκ ἦδει τὸν ἄνδρα πρότερον· νυκτὸς δὲ ἡ Θεομήτωρ τουτου αὐτῷ καλυπέδειξε, τὰ εἶδος καὶ τὴν ἀρετὴν ὑπογοσάσα, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον διασαφίσασα, καθ' ὃν τὴν οἰκίαν ἔλαγεν· ἀλλ' οὕτω ἐνιαυτὸς ἐξίκετο, καὶ κατιστρέφει καὶ τὸν Θεοτοκίᾳ τὴν τουτον ἐκ του πατριαρχικοῦ ὑψώματος, μηδένα λόγον θέμενος ἢ ἐντραπέεις εἰς ὄσους ἐπαίνους ἔλεγε περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐδῆλας τουτου ὡς θεῖον ἀνθρώπον. Ἀποσκοραχισθέντο: δ' οὕτω καὶ Λεοντίου, ἔγωω δραματουρρητῆσαι μετὰθεισιν, καὶ εἰς τὴν οἰκουμένην ἐπάρα προεδρευσιν τὴν τῶν Ἱερουσαλυμων Δοσίθεον. Εἰδὼς δὲ τοὺς κανόνας τουτο μη συγχωροῦσθαι, μέτεισιν ὑποούτας τὴν διέποντα τὸν θρόνον τῆς Θεοῦ πόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας Θεόδωρον τὸν Βαλασαμὸν, ἄνδρα ὑπὲρ τουτο: τότε πάντας ὄντα νομοτριβῆ. Καὶ δὴ κατὰ μόνος αὐτῷ συγγενόμενος, σχηματίζεται τὸν ἀσφάλωντα, εἰ οὕτως ἀνόδον φιλοθῆων καὶ λογίων ἢ Ἐκκλησία σπαλίζεται, καὶ ἡ μοναχική διεβρίπται καὶ ἴφρηνται ἀρετῇ, ὡς ἡ πρότερον εἶναι τὸν ἡμέτερον τουτου λαμπτήρα τὴν ἀσκήνητον ἥλιον, ἢ τὸν ἐπὶ τῶν κροισκῶν του ἱεροῦ καθιζήσῶμενον θρόνον, καὶ ἀρίστως τὸ τῶν πιστῶν διθυνοῦντα πλήρωμα, καὶ τοιαῦτ' ἔτερα σχετλιαστικῶς προαναβλόμενος, ἐπήγαγε πάλαι μὲν βούλεσθαι μετενεγκεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας Ἐκκλησίας εἰς τὴν οἰκουμένην περιωπήνη, καὶ λύγνην ταῖς τῶν νόμων τηλαυγαίαις πάμφωτον, ὑποστέλλεσθαι δὲ τὴν μετὰ θεῖον ὡς πάλαι τοῖς κανόσιν ἀπειρημένην, καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀπάδουσαν θερμοῖ. Εἰ δ' αὐτὸς σχολῆ ἂν ὡς νόμος καὶ κανόνας ἀκριβοσάμενος χίονα ἔχουσαν ἀποδεδειχῆναι, καὶ ἂν ποτε καὶ νῦν τὴν μετὰθεισιν, καὶ τὰς τῶν πολλῶν εἰς τουτο μεθαρμόσσει γνώμας, ἔρμαιον ὅπως ἡγήσεται τὸ πρῆχθὲν, καὶ οὐκ ἀναβαλεῖται τὸ πέρας, ἀνεύθυνον ποιῶν τὴν προχειρίσιν. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς οὕτως μετῆλλε τὸν Ἀντιοχείας Θεόδωρον, ὁ δὲ πάντα ἐκτελεῖ γενέσθαι κατέθετο. Σύλλογοι οὖν μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἀρχιερέων ἀνὰ τὰ ἀρχαία τερῆρα, καὶ σύνοδοι καὶ συζητήσεις περὶ μετὰθεισιν, καὶ παρὰ πόδας ἐκχώρησις, καὶ τόμος ἐπὶ βασιλικῶν συμπληρούμενος βῆματος, καὶ ὁ μὲν Ἀντιοχείας, πάλιν Ἀντιοχείας ἔσωμενος, καὶ ὁ Δοσίθεος ἀπὸ του τῶν Ἱερουσαλυμων θώκου εἰς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀναγόμενος, καὶ ἡ προπομπή ὡς λαμπροτάτη καὶ πολυανθρωπηνοτάτη τῶν πωποσε, ὡς εἶναι καὶ ὀριάμβοις βασιλιῶν ἀμφήριστος, καὶ σχανεῖς ἐπὶ τουτω εἰ φανακισθέντες ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς κανόνας εἰχῆ κατανομισάμενοι, ἀμέλει τοι καὶ μὴ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐνεγκεῖν τὸν γέλωτα ἔχοντες, παρασυναγωγὰς ποιῶσι καὶ ὀχλαγῶγια οἱ λογάδες του βῆματος, καὶ τῶν ἀρχιερέων ὅσων εἰχε τὴν γλώτταν πρὸς λόρων ἰσχυρὴν ἐπίσημον· οὐκοῦν ἐπιβάτης Ἐκκλησίας ἀλλοτριᾶς ἀκούει Δοσίθεος, καὶ ἀναλυομένην ἔσχη τὴν δευτέραν τιμήν, καὶ του θρόνον κατὰγεται. Τὴν δ' ἦταν μὴ φέρειν ἔχω ὁ βασιλεὺς, ἀναμαρζόμενος ἦν, καὶ παντοῶς σπαυῶν ἰσχυεῖν τὴν κυρωεῖσαν μετὰθεισιν· καὶ μετὰ βραχὺν τινα χρόνον ἀναλύσας τὰ ἐπιγυρόμενα, αὐτὸς ἐστήριξε τὸν Δοσίθεον· ὅτε καὶ διὰ τῶν πλεκυρῶν αὐτοῦ δορυφόρων, καὶ τῶν του παλατιῶν ἐκκρίτων, προὑπερβῆν αὐτὸν εἰς τὸ μέγιστον τέμενος, δεδιῶ; μὴ τὸ πλήθος νεωτερίσειεν· ἦν γὰρ διὰ μισσοὺς ἄπισιν ὡς φιλόθρονο; ὁ Δοσίθεος, καὶ τὸ του κρατοῦντος ἐπὶ μὴ καιροῖς πράγμασιν ἐναστατικῶς τε καὶ φιλονοκῶν οὐκ ἐπαίνεται· ἀλλὰ καὶ πάλιν του θρόνου ἀποδοπομπείται Δοσίθεος, καὶ πέπονθεν ἀτεχνῶς τὸ τῆς Αἰσωπείας κυνός, ἧς τε οἰεπὲν ἀποπεσῶν ἱερὰς ἀρχῆς (ἔτερος γὰρ Ἱερουσαλυμων κειρεροτόνητο) καὶ του μείζονος θρόνου καθαιρεῖται. Καὶ τουτο μὲν ἐξ ἐστ. κ. καὶ προχειρίζεται

πατριάρχης, μάχα δὴν σκευοφύλαξ ὁ Σιφίλιος Γεώργιος. Cum autem diligentius de gubernatore Ecclesie cogitaret, Leontium monachum quemdam, magnum pastorem designat: in populi frequentia pro tribunali iurejurando testatus, eum virum prius ignotum sibi a Dei Genitrice noctu esse demonstratum, non forma et virtute ejus duntaxat descripta, sed loco etiam ostenso in quo habitaret. Verum eo quoque Dei Genitrice, priusquam annus elaberetur, repudiato, nihil verecundatus, quod coram tam multis eum ut divinum hominem laudibus extulisset, mutationem instituit, Hierosolymitanum Dositheum ad œcumenicum patriarchatum evecturum. Quod cum canones non permittere sciret, Theodorum Balsamum, magnæ Antiochiæ episcopum, virum eu ætate jurisconsultissimum, astu circumvenit, et in privato colloquio indignationem simulat, quod Ecclesia piis et doctis viris ita destituatur, et monastica virtus ita obsoleverit atque evanuerit, ut nemo sit qui universalem sedem, non secus ac solis irrequitio circuitus orbem terrarum, illustret, cœtumque fidelium quam optime gubernet. Hæc et id genus alia non sine dolore præfatus, subjuncti olim fuisse sibi in animo, illum ex Antiochena sede in œcumenicam, ut illustrem legalis puritatis lucernam transferre. Sed ab en mutatione veterum canonum et ecclesiasticarum sanctionum interdicto deterri. Si vero ipse, ut legum et canonum peritissimus, translationem, ut olim, ita nunc quoque habere locum, demonstrare, ac vulgo persuadere possit: se omnino id in lucro deputaturum, eumque (modo liceat) incunctanter designaturum. Hoc modo tractatus Theodorus, omnia rata fore affirmavit. Postridie concilio pontificum in œde sacra indicto, et quæstione illa agitata, translatio statim concessa, et litteris imperatoris confirmata est. Ac Antiochenus ut ante fuerat, ita mansit Antiochenus. Dositheus vero a sede Hierosolymitana Constantinopolim est translatus, cum tam frequenti et splendido comitatu, ut haud dubia regum triumphum æquaret. At primarii sacerdotes, ceterique facundia insignes, qui se canonibus temere violatis deceptos videbant, obstupescit, cum risum diutius perferre non possent, extraordinaria conciliabula et plebis conventicula institunt, alienæ Ecclesie occupator audit Dositheum, secundo honore abrogato e sede educitur. Imperator vero, ignominiam illam non ferens, omnibus modis adversatur, ac nihil non facit, ut approbata illa translatio valeat; nec nullo post, abrogatione sublata Dositheumque denuo confirmatum, per bipedniferos satellites, et palatinos proceres in sacram œdem deducit, populi motum veritus. Erut enim Dositheus ob ambitionem et imp. intemptivam pertinaciam, et parum laudatum sui studium, omnibus invisus. Cæterum rursus sede ejiçitur, eodemque modo quo canis Æsopicus, et pontificum quem tenuerat, amittit (nam alius Hierosolymis electus erat) et majori sede excidit, magno pisorum custode Xiphilino Georgio patriarcha designato. De hac autem translatione Dosithei loquitur et ipse Nicephorus Callisti lib. xiv, cap. 29. Quæ cum sint nonnihil diversa ab iis quæ de Dositheo refert laudatus Nicetas, ideo hic describere placet: Του δ' ἐξ Ἀγγέλων Ἰσαακίου τὸν τῆς βασιλείας; πρὸς τὸν θρόνον, ὁ Ἱεροσολύμων Δοσίθεος; εἰς τὸν τῆς Κωνσταντινου θρόνον μετέγεται, ἐκείτω δὲ Μάρκος; ὁ κατὰ Φλώρον προάγεται. Ἐτα πάλιν Δοσίθεος; τὴν Κωνσταντινου λίπων, εἰς εὐν τῆς Αἰτίας; θρόνον ἐπάνεισι, τοῦ κατὰ Φλώρον ἐκείθεν παρὰ πᾶσαν δίχην ἀπελαθέντος. Ἐς ὕστερον δὲ καὶ ἄμφω τοὺς θρόνους τῆς τ' Αἰτίας; καὶ Κωνσταντινου παρῆρτετο Δοσίθεος; καὶ καθ' αὐτὸν γανόμενος; ἐτελεύτα. Isaacio Angelo imperante Dositheus Hierosolymitanus Constantinopolim est translatus: cum Hierosolyma inde Marcus, qui et Florus dictus est, transisset. Deinde Dositheus rursus Constantinopoli relictus, in Ælie thronum reversus est, eo qui Florus nominatus est, inde proter jus et

æquum omne expulso. Postea vero utraq; et Æliensi et Constantinopolitana sede posthabita, Dositheus privatus vixit, et decessit. Methodius monachus apud Allatium in exercitatione contra Gregygonum, pag. 350, loquens de Isaacio Angelo ait, eumdem imperatorem spatio novem annorum, quibus imperium tenuit, quinque patriarchas Constantinopolitanos creasse. Sic ille: Τί δὲ καὶ Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος οὐ χωρὶς πάσης αἰτίας εὐλόγου, καὶ κανονικῆς; αἰτίας; τὸν Κωνσταντῖνον τοῦ θρόνου παρακινήσας, Νικήτην τὸν σακελλάριον ἔθετο; Οὐχὶ τοῦτον αὐθις ὡς ἀφελῆ μετ' ἐνιαυτὸν ἕνα καταγαγών, τὸν Θεοτοκίτην Λεόντιον πατριάρχην πεποίηκεν, ὃν καὶ Θεοτοκίτην ἐκάλεσε, διαδοχαιόμενος τὴν Θεοτόκον ἐμφανισθῆναί οἱ, καὶ προτάξαι Νικήτην μὲν καθ' εἰς ἐν, Λεόντιον δὲ ἀντ' αὐτοῦ τῷ θρόνῳ ἐγκαταστήσαι; Οὐχὶ αὐθις τὸν μὲν Λεόντιον τοῦ θρόνου ἐξέωσε τῆς Θεοτόκου αὐτῷ καὶ πάλιν τοῦτο πειθῆσαι διαταξαμένης; Ἰσχυροδόμενος, τὸν Ἱεροσολύμων δὲ Δοσίθεον τῆς Κωνσταντινου ἱεράρχην ἀπέδειξεν; Ἐπει δὲ ὁ γρηγοριανὸς πολὺ; περὶ τοῦτου γεγένηται, οὐχὶ Δοσίθεος τοῦτου ἕνεκα τοῦ θρόνου ἀποπέσων, ἕτερος προσβλήθη; Πάντε γοῦν οὕτω πατριάρχας τῆς Κωνσταντινου ὁ Ἰσαάκιος ἐγκατέστησεν ἐν χρόνῳ ἐς ἐννεα, οὐδ' καὶ ἦν βασιλεύσας; αὐτῷ; ἰδίῳ μὲν καὶ κανονικοῖς; ἐγκλήμασιν οὐδαμῶς; ἀπλῶς δὲ οὐκ εἰς θελήματι καὶ ὄρεξει τ' ἑν μὲν κατάγων, τὸν δὲ ἀνάγων. Καὶ ὅμως οὐδέ τις τούτων, ἢ τῶν δι' αὐτῶν χειροτονηθέντων ἀδακτος τῆ Ἐκκλησίᾳ γεγένηται. Τὸ δὲ δὴ ἀσπαιότερον, μᾶλλον δὲ ἀτιμώτερον, ὅτι πάντες ἔξων ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰσαακίου διὰ τὸ διχογορεῖν τάχα ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ γεγένησθαι. Ἄκνον πριετέρα Isaacius Angelus absque ulla rationabili causa, et decreto canonico Camatero e solio pulso, Nicetam sacellarium substituit, et hoc rursus anno exacto, uti oneri parum idoneo, submoto, Theotocitem Leontium, quem Theotocitem nuncupavit, asserens Deiparam sibi apparuisse, mandasseque, Niceta deposito, Leontium loco illius in throno substituere? Annon postmodum Leontium de throno ejecit, Deiparam, ut id etiam perageret, demandasse contendens, et Hierosolymitanum Dositheum hierarcham CP. declaravit? Cum ergo de eo murmuratio querula invaleretur, annon propterea Dositheo de throno excidente, alius electus est? Hunc in modum itaque quinque patriarchas Constantinopolitanos Isaacii spatio novem annorum, quibus imperium tenuit, creavit, nulla ratione motus, aut criminum adversus canones reos, sed simpliciter et proprio arbitrio, et appetitu hunc quidem deprimens, illum vero exaltans. Et nihilominus ex his nemo, aut ex illis, qui ab ipsis ordinati sunt, rejectus ab Ecclesia est. Quod vero festivus est, vel ut verius dicam, tanta dignitate indignus, omnes hi sub ejusdem Isaacii imperio vitam ducebant: quod illius dominatus exiguo tempore perduravit. Ex iis autem, quæ in hanc rem ex Niceta Choniata, ex Nicephori Callisti Historia, et ex Methodio monacho protulimus, apparet, Nicetæ Muntano non Dositheum Hierosolymitanum, sed Leontium Theotocitem successisse; unde vero mutuatus sit idem Nicephorus ea quæ in Catalogo expressit, nescitur: nisi quis credat ideo a laudatis scriptoribus nullam mentionem fieri post Nicetam Dosithei, quod ille prima vice novem tantum diebus illam sedem tenuerit. At vero similis videtur id quod de Dositheo in hoc Catalogo dicitur a scriba additum fuisse; et Dositheum non nisi post Leontii depositionem ad thronum Constantinopolitanum evectum: quod quidem necessario concludi debet ex Niceta, dum narrat quod astu Isaacius imperator Theodorum Balsamum deluserit; cujus quidem Nicetæ auctoritas omnino præterenda est Nicephoro; quippe Nicetas initio tertii decimi sæculi floruit, Nicephorus vero initio seculi subsequentiis. Cæterum vide quæ de Dosithei patriarchatu post Leontium monemus infra.

Col. 461 C. Λεόντιος ὁ λεγόμενος Θεοτοκί-

της, etc., μῆρας ἐπτά, etc. Nimirum mensibus septem, et ita legendum supra in versione, ubi librarii incuria legitur *novem* pro *septem*. Nicetae igitur Muntano e sede pulso successit Leontius Theotocites anno Christi 1190, qui cum sedisset mensibus septem, pellitur ab Isaacio eodem astu, quo institutus fuit, ut patet ex iis quæ ex Niceta Choniote, et ex Methodio monacho capite præcedenti protulimus. Cæterum hujus depositio accidit hoc ipso anno.

Col. 464 C. Ὁ Δοσῖθεος ὁ πρωτοπατριάρχης Ἱεροσολύμων, etc., ἔτος α', ἡμισυ. Pluribus de Dositheo egimus paulo superius, ideo hic tantum monere sufficiet, eum renuntiatum fuisse patriarcham CP. post Leontium ad finem anni Christi 1190, vel initio anni sequentis; qui cum sedisset annum unum et dimidium, non ante annum 1192 a sede pulsus fuit.

Ibid D. Γεώργιος διάκονος, etc., ὁ Σπιρίδωνος, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, ἔτη ζ', μῆρας θ', ἡμέρας κζ'. Dositheo e sede pulso ab Isaacio Comneno successit Georgius Xiphilinus anno Christi 1192, qui cum sedisset annis sex, mensibus novem, diebus viginti septem, patriarchatum abdicavit, ac in monasterio Phryganorum, quod exstruxerat sub imperio Alexii Angeli, fratris Isaacii, detonsus est, ut videtur hic innuere Nicephorus Callisti; quod quidem accidit anno Christi 1198. Cæterum hujus patriarchæ meminit Nicetas Choniates in Alexio Comneno, pag. 332, eique annos septem assignat.

Ibid. Ἰωάννης διάκονος ὁ χοροφύλαξ ὁ Καματηρός, etc. Mortuo Gregorio Xiphilino, ut habetur in Catalogo a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano, quoniam aberat peregre Alexius imperator in expeditione Occidentali, caruit thronus suo patriarcha mensibus duobus; postmodum in ejus locum sullicitur Joannes Camaterus anno Christi 1193; qui rexit Ecclesiam CP. usque ad captam Constantinopolim annis quinque, mensibus octo, diebus septem. Capta autem fuit Constantinopolis anno Christi 1204, ut ex infra cendendis patebit. Loquitur autem de Joannis Camateri morte Nicetas Choniates in Balduino pag. 407, ubi postquam de obsidione Didymotichi subjungit: Τότε δὲ μαλακῶ θανάτῳ τὸν βίον προήκατο καὶ ὁ πατριάρχης Ἰωάννης ὁ Καματηρός, καταλευκῶς πλάνη; καὶ ἀπικοῦ εἰς τὸ Διδυμότειχον. Tunc Joannes Camaterus patriarcha, qui post exsilium Didymotichi iniquitum agebat, vitam cum levi morte commutavit. Sed pluribus de Camatero loquitur Georgius Acropolita, pag. 6, ubi de Theodoro Lascari agit: Δύο γοῦν παραδραμόντων ἐνιαυτῶν, καὶ ὡς δεσπότης παρὰ πάντων φημιζομένου τοῦ Λασκάρου, ἐπεὶ συνδρομὴ γέγονε κατὰ Νικαίαν ἀπὸ περιφανῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν λογάδων τῆς Ἐκκλησίας, σκέψις ρούτων ἐγένετο, ὅπως βασιλεῦς φημισθεῖη ὁ δεσπότης Θεόδωρος. Πατριάρχου δὲ μὴ παρόντος ἐκεῖσε, ὁ γὰρ Καματηρός Ἰωάννης, ὃς τὸν πατριαρχικὸν ἐπόσκει θρόνον, ἠλίκα τῆς Κωνσταντινίου ἐκράτησαν Ἰταλοὶ, περὶ Διδυμότειχον ἀπῆρε, κάκεισε τὰς διατριβὰς ἐπεποίητο, καὶ διασηνοῦδας παρὰ τοῦ Λασκάρου καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπηνήγατο τὴν πρὸς αὐτοῦ ἀφίξιν, ἐγγραφῶν τὴν παρατίθειν ποτῶν αὐτοῦ. Duobus itaque annis integris cum omnibus uti despotula Lascaris agnosceretur, conventusque ex viris celeberrimis, ac Ecclesiæ primatibus Nicæam concurrentibus haberetur, illud inter eos agitatam est, qua ratione Theodorus ad illa usque tempora despotula imperator acclamaretur. Patriarcha non aderat, Joannes quippe Camaterus, qui patriarchale solium, Italibus Byzantium expugnantibus, honestabat, Didymoteichum abierat, ibique commorabatur: accersitus a Lascari, aliaque scripto etiam patriarchatus renuntians noluit accedere. Ex his Acropolitæ verbis illustratur ita quæ de Camatero tradit hic Nicephorus.

Col. 465 A. Γέγονε δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀλωσις. Caput hoc a scriba corruptum sic Græce ac Latine restituendum est: Γέγονε δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀλωσις παρὰ τῶν Λατίνων ἐν τῷ ρψβ'. ἔτει, μὴν Ἀπριλίῳ ιβ', ἡμέρῃ β', Ἰνδ. ζ', τῆς ζ' ἑβδομάδι τῶν ηῤηστειῶν. Capta autem a Latinis fuit Constantinopolis anno 6712 (id est Christi 1204) mensis Aprilis die 12, feria secunda, indictione 7, sexta hebdomade jejuniorum. Georgius Acropolita scribit captam fuisse a Latinis Constantinopolim anno vulgari Græcorum currenti 6711: Τεσσαράκοντα γοῦν παρῆλλον ἡμέραι, καὶ ἕτερον παρὰ τούτων ἡ Κωνσταντινίου, ἔτους μὲν ὄντος ἀπὸ γενέσεως κόσμου ρψβ', ιβ' τοῦ Ἀπριλίου ἔγοντο. Τῷ γὰρ ι' ἔτει Μαῦου ὄντος τῆ πόλει προσώρησαν, ἐν ἑνδεκῇ δὲ μὴρὶ συνέβη γενέσθαι τὴν πύλιν. Καὶ ἡ μεγίστη καὶ περὶφανεστάτη πόλις ἕτερον, ἐνός, ὡς φασιν, ἢ καὶ δύο ἐπιτηδησάντων τῷ ταίγει ἀπὸ κλίμακος εἰς τὸν χειμῆνος μεγίστης κοίτης νηός. Post quadraginta itaque dies exactos Constantinopolis ab istis expugnatur anno ab orbe condito 6711, duodecimo mensis Aprilis. Decimo namque anno mense Maio ad urbem applicant, et mense undecimo diripiunt. Sicque maxima ac urbium celeberrima capta est, uno aut altero, ut rumor increbuit, e scala malo navis maximæ adnexa, in muros insilientibus.

Ibid. Μιχαὴλ ὁ Αὐτωρσιανός, etc., ἔτη ζ', μῆρας ε', καὶ ἡμέρας ζ'. Michael Autorianus substituitur, ut scribit Nicephorus, Joanni Camatero die vicesimo mensis Martii indictione nona, hoc est anno Christi 1206. His consona habet Georgius Acropolita loco paulo superius citato, ubi post duos annos a capta urbe Theodorum Lascarium coronatum fuisse ab hoc patriarcha scribit, cum paulo ante Joannes Camaterus patriarchatum abdicasset; sic ille de Michaelē Autoriano ibi subjungit: Ψηφίζεται γοῦν πατριάρχης Μιχαὴλ ὁ Αὐτωρσιανός, καὶ ἡμέρας τυχάνων, καὶ πάσης γραφῆς ἔμπειρος τῆς τε ἡμετέρας καὶ θύραθεν, ὃς καὶ τὸν δεσπότην Θεόδωρον τῷ βασιλικῷ διαδηματί ἐταίωσεν. Ideo in ejus locum Michael Autorianus sufficitur, vir disertus, litterarumque non nostrarum solum, sed exterarum etiam peritissimus. Is despotula Theodorum imperatorio diademate coronavit. Igitur cum Michael Autorianus seu Saurianus, ut alii eum vocant, renuntiatum esset patriarcha CP. die vicesima mensis Martii anni Christi 1206, et vixisset in patriarchatu annis sex, mensibus quinque et diebus sex, ipsius mors contigit procul dubio die vicesima quinta mensis Augusti anni Christi 1212.

Ibid. Θεόδωρος ὁ [Ἑλληνικός] λεγόμενος Κωπῆς, etc., ἔτος α', μῆρας ., ἡμέρας γ'. Numerus mensium, qui in Catalogo Nicephori Callisti exesus est, facile suppleri potest ex altero Catalogo, quem ex Jure Græco-Romano hic edidimus, ubi Theodoro Irenico assignatur annus unus, menses quatuor, et dies tres. Et ita habetur in Catalogo Philippi Cyprii; in Catalogo vero Matthæi Cigala dies tres omittuntur. Huic patriarchæ annos sex attribuit Georgius Acropolita cum in Historia pag. 17, tum in Chronico Compendiario, ubi sic habet: Μετὰ γὰρ τὴν τελευταίαν τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ, ὁ Ἑλληνικός Θεόδωρος τῷ πατριαρχικῷ ἐνδύραται θρόνον, ὃς καὶ Κωπῆς ἐκαλεῖτο. Τοῦτο δὲ μετ' ἐνιαυτοῦς ἕξ ἀπολιπόντος, μοναχὸς Μαύμος εἰ; τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγειται θρόνον, etc. Namque post Michaelis patriarchæ excessum Irenicus Theodorus, qui et Copa dicebatur, in patriarcham eligitur. Post annos sex eo demortuo Maximus monachus patriarchale solum ascendit, etc. At ipse Nicephori Callisti Chronologiam sequor, utpote qui hanc rem hic ex professo, ut aiunt, tractat. Theodorus itaque Irenicus, ut scribit hic Nicephorus, renuntiatum fuit patriarcha CP. die vicesimo octavo Septembris, indictione secunda, feria prima, hoc est

anno Christi 1213. cum post mortem Michaelis A
 Autoriani thronus vacasset mensibus decem et
 dimidio, quod imperator absens in themate
 Thraceseo esset, ut tradit idem Nicephorus. At,
 ut patet ex iis quæ supra de morte Michaelis Au-
 toriani diximus, necessario diendum est, vel
 thronum vacasse plusquam decem mensibus et
 dimidio, vel Theodorum aliquot mensibus ante
 renuntiatum fuisse patriarcham, et die vicesima
 octava Septembris consecratum fuisse : quod
 quidem videtur innuere idem Nicephorus dum
 ait illo anno cum die 28 Septembris concurrere
 Dominicam, qua consecrationes episcoporum so-
 litas fieri, alibi indicavimus. Theodorus autem
 cum sedisset anno uno, mensibus quatuor et die-
 bus tribus, moritur die ultima mensis Januarii
 anni Christi 1215.

Col. 465 B. *Μάξιμος*, etc., *μήνας ζ'*. Catalogus
 patriarcharum CP. a nobis hic editus ex Jure Græco-
 Romano huic patriarchæ menses octo assignat; Ge-
 nebrardus vero menses septem. At Georgius Acro-
 polita, menses sex, ut Nicephorus Callisti eidem at-
 tribuit; qui sane scriptor, pag. 17. sic ejus mores
 describit: Μετά δὲ ἐνιαυτοῦ, ἐξ ἐκείνου τὸν βίον ἀπολι-
 πόντος, ὁ μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν πατριαρχικὸν
 ἀνάγεται ὑρόνον, ὑεραπεύων τὴν γυναικωνιτιδίαν, καὶ
 ὑπὸ ταύτης ἀντιθεραπεύμενος. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἦν
 τὸ εἰς ταύτην ἀναδιδάσαν αὐτὸν τὴν περιωπὴν.
 Ἐπιθίου; δὲ μήνας, ἐξ τελευτῆς, etc. *Post annos sex*
eo demortuo, Maximus Monachus patriarchale solium
ascendit, Gynæceio palpans, ac supparasitans, et
vice versa ex eo assentationes et blanditias aucu-
pans: neque enim aliud eum in tam sublime culmen
eveherat, sed post menses sex moritur. Maximus
 itaque constituitur ab imperatore in locum Theo-
 dori Irenici (cujus mors contigerat, uti supra mo-
 nuimus, die ultima mensis Januarii anni Chri-
 sti 1215) die tertia mensis Junii, ut scribit Nice-
 phorus, nimirum ejusdem anni. Hic cum sedisset
 mensibus sex, satis functus est die tertia mensis
 Decembris ejusdem anni 1215.

Ibid. *Μανουὴλ ὁ ἀκόρος ὁ Σαρατηνὸς ἔτη*
ς', μήνας ζ'. Maximus patriarcha satis functo,
 successit in ejus locum Manuel Sarantenus cogno-
 miento Philosphus, nimirum initio anni Chri-
 sti 1216, qui cum sedisset annis quinque, mensibus
 septem, mortem obiit circa finem mensis Augusti
 anni Christi 1221. Hujus patriarchæ meminit Geo-
 rgius Acropolita cum in Historia, tum in Chronico
 Compendiario, ubi seriem patriarcharum Constani-
 nopolitanorum qui Nicææ sederunt recenset, ni-
 mirum a Michaeli Autoriano, qui primus post
 captam a Latinis Constantinopolim, electus fuit
 Nicææ patriarcha Constantinopolitanus ad hunc
 Manuelem, quem Philosphum appellat. Sic igitur
 Acropolita, pag. 17 Historiæ: Καθὼς γοῦν εἰρή-
 κειν, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ ἐπιλαμβάνεται τῶν
 Ῥωμαϊκῶν σκήπτρων Ἰωάννης ὁ Δούκας, ὁ γαμ-
 βρὸς αὐτοῦ, στεφθεὶς παρὰ πατριάρχου Μανουὴλ,
 δ; τὸν Μάξιμον διεδέξατο. Μετὰ γὰρ τοῦ πα-
 τριάρχου τὴν τελευτὴν Μιχαὴλ, ὁ Εἰρηνικὸς
 Θεόδωρος τῆ πατριαρχικῆ ἐνίδουται ὑρόνον, ὃς καὶ
 ἠωπῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐκατέϊτο· μετὰ δὲ ἐνιαυ-
 τοῦ; ἐξ ἐκείνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, ὁ μοναχὸ;
 Μάξιμος εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται ὑρόνον, ὑε-
 ραπέων τὴν γυναικωνιτιδίαν, καὶ ὑπὸ ταύτης ἀντι-
 θεραπεύμενος. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἦν τὸ εἰς ταύτην
 ἀναδιδάσαν αὐτὸν περιωπὴν. Ἐπιθίου; δὲ μήνας ἐξ
 τελευτῆς, καὶ ὁ Μανουὴλ εἰ; τὸν πατριαρχικὸν ἀνα-
 γεται ὑρόνον, Φιλόσοφος, ὃς ἐδοκεῖ ω;, καὶ ὑπὸ
 πλῶν κλιτονομαζόμενος. *Quemadmodum ergo dixi,*
post illius obitum Romani imperii gubernacula
Joannes Ducus, gener illius suscepit, a Manuele
patriarcha, qui Maximo successerat, coronatus.
Namque post patriarche Michaelis excessum Irenicus
Theodorus, cui a plerisque Coptæ nomen inditum
fuera, in patriarchum eligitur; post annos sex eo

demortuo Maximus Monachus patriarchale solium
ascendit, Gynæceio palpans, ac supparasitans, et
vice versa ex eo assentationes et blanditias aucu-
pans; neque enim aliud eum in tam sublime culmen
eveherat, sed post menses sex moritur. Et Manuel
in patriarchali solio collocatur, vere vir philoso-
phus, ut apparebat, et a multis eo nomine honestatus.

Ibid. C. *Γερμανὸς ὁ σοφώτατος καὶ ἀγιώ-*
τατος, etc., μήνας ιη'. Satis functo M ucle
 Saranteno circa finem mensis Augusti 1221, uti
 paulo superius diximus, in ejus locum sufficitur
 Germanus circa finem hujus anni, qui cum sedisset
 annis decem et octo, ut scribit Nicephorus, satis
 functus est circa finem anni 1239. De Germano
 autem patriarcha sic loquitur Georgius Acropolita,
 pag. 59: Ἐποξε μὲν πρὸς καιροῦ τὸν πατριαρχικὸν
 Γερμανὸν τὰ τῆς καταλόγου πρὸς τὰς θείας
 ἀπῆραι σκηνάς, καλῶς καὶ ὁσῶς βιώσαντα, καὶ
 καλῶς τὴν αὐτοῦ ποιμάναντα ποιῆσιν. *Ante hæc*
B tempora Germanus patriarcha rebus terrenis dimis-
sis, in beatorum sedes avocatur, postquam probe
sancteq; vixisset, probeque suas oves parisset. De
 hujus Germani patriarchæ scriptis consulendi
 Labbeus et Casimirus Oudin; sed hic secundus
 fallitur dum Germano patriarchæ annos viginti
 septem assignat.

Ibid. D. *Μεθόδιος ἡγούμενος τῆς τοῦ Ἰα-*
κίνθου μονῆς, etc., μήνας γ'. Methodius abbas
 monasterii Hyacinthi sufficitur in locum Germani
 circa initium anni Christi 1240, qui post tres
 menses obiit, ut scribit Nicephorus. Eadem habet
 et Georgius Acropolita, pag. 59, ubi postquam de
 Germano patriarcha locutus esset, subjungit:
 Ἐγένετο δὲ μετ' αὐτὸν Μεθόδιος τις καλούμενος
 μοναχὸ;, ἡγούμενος ὢν τῆς κατὰ Νικαίαν Ἰακίν-
 θου μονῆς, ἀνὴρ αὐχὸν μὲν εἰδέναι πολλά, ὁ ἴσων
 δὲ ἴδρις ὢν. Ἄλλ' οὕτως τρεῖς καὶ μόνους μήνας
 ἐπιπολαύσας τοῦ θρόνου τετελεύτησεν. Ἐστέρο;
 γοῦν ἀρχιερέως ἢ Ἐκκλησια;. Ὁ γὰρ βραχέως;

Ἰωάννης ἐν τοῖς τοιούτοις μὴ πρόχειρος, ὢν, οὐκ
 εὐχερῶς εἶχεν ἐκ τοῦ προχείρου τὸν ἀξίον εφευρεῖν,
 ἢ μᾶλλον τὴν ἐκείνῳ ἀρέσοντα. Μάλιστα γὰρ οἱ
 κρατούντες τοὺς πρὸς ἀρέσκειαν ἐν τοῦτοι; προσίεν-
 ται, ὡς ἂν μὴ τινας ἔχοιεν ἀνεκρίζοντας τοῖς βου-
 λήμασι. Παρεβρύη γοῦν πρότος συχνῶς, καὶ οὐκ ἦν
 ὁ διεξαγων τὸ πομπικόν. *Post eum monachus quidam*
Methodius nomine, Hyacinthi, quod Nicææ est, mo-
nasterii, præses, vir quidem dicto suo tenuis cautus,
ac sapiens, revera tamen paucorum sciens, tres lun-
tum mensis throno potitus, obiit, et Ecclesia vidua
pontifice suo carebat. Cum enim Joannes imperator
in his expediendis non esset a. modum promptus,
non ita facile poterat e re nata dignum tali solvo,
vel potius qui illi probaretur, invenire. Principes
enim in hæc incurre, viros, qui quod illis placitum
est, faciant, nec suis desideris adversentur, acis-
cunt. Igitur multum præterierat tempus, nec aderat
qui oves gubernaret. Ex his Acropolitæ verbis liquet

D Methodium tribus tantum mensibus sedisse, ac
 ipso satis functo Ecclesiam Constantinopolitanam
 diu caruisse pastore; quin etiam Methodium in
 locum patriarchæ Germani subiectum fuisse, non
 vero Arsenium, ut perperam scribit Gregoras.
 Cæterum monere hic non abs re erit seriem pa-
 triarcharum CP., præcipue illorum qui Nicææ
 sederunt, corruptam esse ac depravatam in tribus
 sequentibus Catalogis quos hic edidimus; quod
 quidem non solum apparet ex Catalogo hoc Nie-
 phori Callisti, sed etiam ex Georgio Acropolita,
 cujus verba suis locis inserimus; idque etiam
 confirmatur ex Chronologia Ephræmii; ubi habet
 series integra patriarcharum Constantinopolita-
 norum, qui Nicææ sederunt, nimirum a Joanne
 Camatero, sub quo capti fuit a Latinis Constanti-
 nopolis, ad Arsenium secundo patriarcham, qui
 primus post recuperatam Constantinopolim, in ec-
 cliaro sedit.

Col 466 D. *Μανουήλ ἕτερος, etc, ἔτη ια'.* Huic A
 Manueli patriarchæ annos quatuordecim assignat
 Genesardus, sed fallitur: nam mortuo Methodio
 patriarcha anno Christi 1240, uti paulo superius
 diximus, Ecclesia Constantinopolitana per aliquot
 annos viduata fuit pastore, ut patet non solum ex
 hoc Nicephori Catalogo, verum etiam ex Acropoli-
 tæ verbis capite precedenti citatis, ubi de Me-
 thodio patriarcha loquitur. Manuel autem, ut
 liquebit ex iis quæ dicturi sumus de annis ipsius
 successorum, circa finem anni Christi 1243, ad
 patriarchalem thronum evectus fuit, cum Ecclesia
 Constantinopolitana annis tribus, et mensibus cir-
 citer septem orbata mansisset pastore. Hic cum
 sedisset annis undecim, fati functus est circa
 finem anni Christi 1254. Quod etiam confirmatur
 ex Georgio Acropolita, qui pag. 57 ait Manuelem
 patriarcham obisse, antequam Joannes Ducas im-
 perator moreretur, cuius quidem mors accidit
 anno Christi 1253. Ceterum hujus patriarchæ in
 litteris ignorantiam prædicat idem scriptor, pag. 54, B
 hisce verbis: *Στέλλει τὸν πατριάρχην.*
Ὁ Μανουήλ ἦν τότε τῆς πατριαρχίας διθύωνων
τηράλιζ, ἀνὴρ εὐλαβοῦς καὶ βίου, καὶ πολιτείας
σεμνῆς, εἰ καὶ γυναικὶ συνεζύγη, ἄλλως δὲ οὐ
παπειραμένος γραμμῶτων, οὐδὲ ὡς ἀνεγίνωσκεν ἀνε-
λιττων τὴν ἔννοιαν. Mittit eum ad Manuelem, qui
ea tempestate patriarchatus gubernaculis assidebat,
virum pietate insignitum, et vitæ instituto, licet uxorem
duxisset, venerandum, litteras tamen hand do-
ctum, cum nec eorum sententiam, quæ ipse percurre-
rat, caperet.

Ibid. *Ἀρσένιος μοναχὸς ὁ Αὐτωριανός,*
 etc., *χρόνους ε'.* Arsenius Autorianus monachus
 successit in Manuelis locum anno Christi 1255,
 post obitum Joannis Ducæ imperatoris, qui contigit
 hoc ipso anno; sed quo die ac mense, non li-
 quet ex scriptoribus; neque Possini conjecturas
 admittimus. Sic Georgius Acropolita, pag. 57, cu-
 jus in hanc rem integra verba hic describere libet, C
 cum hic Nicephorus subobscurè loquitur et locus
 sit mutilus: *Ἐπεὶ δὲ ἔχθηρεν τοῦ πατριαρχούτου;*
ἢ Ἐκκλησία; πέφθηκε γὰρ ὁ πατριάρχης Μανουήλ
μικρὸν τι τοῦ βασιλέως; Ἰωάννου πρωτελευτήσαι;
ἔδα; δὲ πρῶτον πατριάρχην προκληθῆναι, ἵν' ἐπὶ
τῷ βασιλεὶ τὴν στεφάνωριαν ἐν τῷ ἱερῷ τελεσιουργίᾳ
τέμενει, etc. Sed cum patriarche orba Ecclesia
foret; nam paulo antequam Joannes imperator
moreretur, patriarcha Manuel vitam finierat, nec
absque patriarcha imperatoris coronatio in sacro
templo confici posset. Et paulo infra idem scriptor,
 postquam de Nicephoro Bleimida, in quem pluri-
 morum suffragia respiciebant (quique patriarchatus
 dignitatem sibi oblatam, ut scribit Gregoras,
 recusasset), locutus esset, sic de Arsenii electione:
Ὁ γοῦν βασιλεὺς Θεόδωρος, διὰ ταῦτα μικρὰν τινα
πειρὰν λαβὼν τοῦ ἀνδρός, ἐφ' ἑτέρους ἐτραπέτο· καὶ
ἔπει θυραρεσιῶν ἐτυγχάνεν ἐν πολλοῖς, μοναχόν
 D
τινα εἶναι μαθὼν ἐν τῇ τῆς Ἀπολιωνιάδος ἁγίᾳ,
ὀλίγων γραμμῶτων πείρας ἔχοντα (μόνον καὶ γὰρ
εἰρηφάτο τῆς γραμματικῆς παιδείας;), ἀλερον τε-
λουῦντα, καὶ Ἀρσένιο ὑπομαρῶμενον, ὃ, εἶχε ταχούς,
στελλει τους αὐτὸν ἀφορῆς· καὶ θς ἀρίτετο. Ἐπεὶ
ὅτι τῆ ἀπο τῆς Νικαίας ἔξωδον ἐσπευδα, οὐκ ταχούς;
τοῖς χειραρεσιῶν προσκᾶττει χειροτονησαι πατρι-
άρχην αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, οἱ καὶ ὡ.ω.ω.ω. οὐεπραξαντο,
ἐν μίᾳ ἑθόρμαδι ὁ ακονον καὶ ἱερέα, καὶ πατριάρ-
χην αὐτὸν ἐκτέλεσαντες. Propterea imperator Theodo-
rus illius mente, sensuque leviter degustato ad
alios se convertit, et cum plures non satisfacerent,
monachum quemdam ex Apolloniensis loci, prater
paucas litteras ceterorum ignorantum, solum enim ru-
imenta grammatices attigerat, nullis sacris ordi-
nibus insignitum, Arsenium nomine accersitum, quam
celerrem mensis hominibus condant, nec ille re-
nuuit. Et Nicææ exire festinans, præsulis, ut
quampriimum eum patriarcham efficerent, imperat,

illi audientes per unam hebdomadam, diaconum,
sacerdotem et patriarcham consecrant. Ex quibus
 Acropolitæ verbis liquet, aliter locum illum Nice-
 phori interpretandum, ubi Arsenius dicitur ἐ-
 κκλησιῶν γραμμῶτων ἱκανῶς ἐμπειρος, nimirum *libe-*
ralibus artibus sufficienter instructus; et ita legem-
 dum supra in versione pro, *omnigena eruditione*
instructus; qua etiam notione verba illa accipi pos-
 sent, ni historici illius ævi aliud suaderent. Deinde
 locus ille mutilus, ἐν τῷ στεφῶδειν ἐξίέναι τὸν βα-
 σιλέα . . . ἀτύχα στέρει. Nimirum *quoniam imper-*
ator profectum maturabat, statim a patriarcha
coronatur, vel quid simile rependendum, ut apparet
ex Acropolita. Denique verba illa, καὶ ἐξεβλήθη
παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαήλ τοῦ Παλαίου, etc.,
 satis explicantur ab Acropolita et Pachymere,
 qui narrant Arsenium patriarcham, cum videret
 Joannem Ducam Theodori filium a Michaelè Palæologo
 comemni, et in eum machinas ac fraudes
 strui, patriarchatui valedixisse; quod quidem ac-
 cidit initio anni Christi 1260, cum sedisset annis
 quinque, ut scribit Nicephorus, neglectis aliquot
 diebus, quibus supra annos quinque rexit illam
 Ecclesiam. Ceterum fallitur Gregoras dum Ger-
 mano patriarchæ Constantinopolitano Arsenium
 proxime suffectum fuisse scribit; siquidem Arse-
 nius Manueli successit, Manuel Methodio, Metho-
 dius Germano, ut ex supra dictis palam est. Vide
 Pachymerem, lib. II, cap. 7, 8, 15 et 16; Acropo-
 litam, pag. 77 et 98.

Col. 468 A. *Ἐτα Νικηφόρος, etc., ἔτος α'.* Arse-
 nio Nicæa profugo, in ejus locum substituitur Ni-
 cephorus Ephesi episcopus initio anni Christi 1260.
 Moritur autem Nicephorus Nynphæi circa mensem
 Novembrem ejusdem anni 1260, cum nec integro
 anno patriarchatui præfuisse, ut scribitur Geor-
 gius Acropolita, pag. 97 et 98, et Pachymeres,
 lib. II, cap. 22. Post Nicephori autem mortem Ec-
 clesia Constantinopolitana viduata mansit pastore
 mensibus circiter novem, ut ex infra dicendis fa-
 cile patebit.

Ibid. *Ἀλούσης δὲ τῆς Κωνσταντινουπό-*
λεως πάλιν ἀρχεται Ἀρσένιος ὁ ἱερός ἔτη β'.
 Licet ex Georgio Acropolita, pag. 97 et 98, appa-
 reat Arsenium patriarcham ante recuperatam
 Constantinopolim in sedem restitutum fuisse a
 Michaelè Palæologo imperatore precibus sebasto-
 cratoris Tornicii, attamen revera non ante recu-
 peratum urbem Arsenius revocatus fuit, etsi credi
 potest, ad id dispositum fuisse imperatorem pre-
 cibus laudati sebastocratoris etiam ante Constans-
 tinopolim recuperatam. Igitur optime hic Nicepho-
 rus scribit, capta Constantinopoli rursus præfuisse
 Arsenium; nam idem Acropolita, pag. 102 et 103,
 et Pachymeres, lib. III, cap. 2, adventum Arsenii
 in urbem accidisse aiunt post imperatoris ingres-
 sum, qui accidit die quinta decima mensis Augusti,
 ut narrat idem Acropolita, pag. 102, et ut habetur
 scriptum initio codicis Regii 1852, laudati a do-
 ctissimo Boivilio in Notis ad Gregoram, ubi nota-
 tantur dies, mensis et annus hujus ingressus: *Μηνὶ*
Ἀγούστου τῆς ἑκαταστήτου ὁ, τοῦ ἔτους 5959,
εἰρηλῆμεν συνθεσφες Κωνσταντινουπόλιν. mensis
Augusti die quinta decima anni 6769 (Christi 1261)
introducitur sumus Deo jurante in urbem Constantinopoli-
 Arsenium autem circa finem hujus mensis
 restitutum fuisse in sedem, probabile omnino est;
 ita putat et Possinus in Observationibus ad Pachy-
 merem, qui etiam credit coronationem Michaelis
 Palæologi sub initium Septembris celebratam esse,
 et Joannem Ducam excaecatam die Christi Natali
 ejusdem anni 1261. Sic Possinus; a quo sane nihil
 videtur recte initium secundi patriarchatus Arse-
 nii consignatum; finis vero ejusdem patriarchatus
 a Possino transfertur ad annum Christi 1260: et
 sic Arsenio secundo patriarchæ anni circiter qua-
 tuor assignantur. At cum Arsenius secundo pa-

archa duobus annis, et aliquot mensibus, quos A supputare neglexerat Nicephorus, præfuisset Ecclesia Constantinopolitana, illius depositio contigit certe circa initium anni Christi 1264, ut ut dicat Possinus; in exsilium autem proficiscitur Arsenius circa finem mensis Maii ejusdem anni, ut scribit Pachymeres. Neque statim Arsenio successit Germanus, ob turbas quæ excitabantur ab Arsenianorum factione, ut colligi potest ex Gregora et Pachymere, sed id fa tum puto anno Christi 1267, ut colligitur ex Pachymere, qui l. iv, c. 15, Germ. num inauguratum fuisse scribit mense Junio ipsa die Pentecostes. Pentecostes autem festum, non occurrit mense Junio nisi anno 1264 (quo certe anno non contigit Germani electio, ut patet cum ex iis quæ paulo superius diximus, tum ex infra dicendis, ubi agemus de anno quo is patriarchatum abdicavit); et anno 1267, nam anno 1265, dies Paschæ in 5 Aprilis incidebat; et anno 1266, in 28 Martii. Itaque electio Germani necessario cum anno Christi 1267 copulanda. Cæterum causa depositionis Arsenii fuit, uti pluribus referunt Pachymeres et Gregoras, quod Michaeli Palæologo ob Joannem Ducam excecatum sacris interdixisset, neque eum veniam accleris petentem audisset; unde cum indicto ab imperatore concilio, et in eo accusatus, se sistere nollet, damnatur ut contumax.

Col. 468, B. *Ἐδλω ἡ πόλις*, etc. Locus hic corruptus a scriba sic Græce ac Latine restituendus: *Ἐδλω ἡ πόλις παρὰ Ῥωμαίων ἔτει ςψξθ', Ἰουλοῦ κε', ἡμέρα δευτέρα, τῷ γ' ἔτει τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου. Capta est urbs a Romanis anno 6769 (Christi 1261) 25 Julii, feria secunda, anno tertio imperii Michaelis Palæologi. Et ita legendum supra in versione.*

Ibid. *Ὁ Ἀδριανουπόλιως Γερμανός*, etc. Hic inter Arsenium et Josephum reponendus est Germanus antea episcopus Adrianopolitanus, qui in Catalogo Nicephori Callisti scribæ incuria omittitur. Hujus mentio occurrit non solum in Catalogo a nobis hic editis, sed etiam apud scriptores, qui res illius ævi memoria prodiderunt, nimirum apud Pachymerem, Gregoram, Georgium Phranziam, etc. Huic patriarchæ annus unus assignatur in Catalogo. Verum eum Germanus die Pentecostes, quæ anno Christi 1267 concurrebat cum die quinta mensis Junii, creatus sit patriarcha Constantinopolitanus, ut ex Pachymere paulo superius demonstravimus, et patriarchatum abdicaverit die quarta decima mensis Septembris ejusdem anni, ut scribit idem Pachymeres, lib. iv, cap. 21, certa ille mensibus tribus et diebus novem et non amplius Ecclesiam illam administravit. Fallitur autem Possinus, qui eum quatuor mensibus cum dimidio sedisse ait. Quod vero Germanus hoc ipso anno patriarchatum abdicaverit satis ostendit Gregoras, dum circa illud tempus contigisse deliquium solare scribit, nimirum hoc ipso anno die 23 mensis Maii. Cæterum quibus mediis usus fuit imperator ad persuadendum patriarchæ Germano, ut patriarchatum valediceret, pluribus narrat laudatus Pachymeres, lib. iv.

Ibid. *Ἰωσήφ ὁ Γαλιθίου ἡγούμενος ἔτη η'*. Joseph Galesii abbas successit Germano in patriarchatu die vicesima octava mensis Decembris anni Christi 1267, et mox Kalendis Januariis ordinatus fuit, ut scribit Pachymeres, lib. iv, cap. 23: *Τοῦ γοῦν τοιοῦτου καταδεξαμένου τὴν ψῆφον, ὁ βασιλεὺς εἰς πατριάρχην τούτον προάλλεται μὲνός Σχιροφοριῶνο; εἰκοστῆ ἡγδοῆ τῆς δεκατῆς ἐπινεμήσεως τοῦ ςψος' ἔτους, Ἐκατομβαιῶνο; δὲ νομηνία χειροτονηθεὶς, εἰς ἀρχιερέας τετέλεσται. Hunc talem justo suffragiorum comprobatum numero ad patriarchatum imperator evexit, mensis Decembris die octava supra vicesimam, indictionis decimæ, anni 6773, mox Kalendis Januariis ordinationem idem episcopulem rite accepit.* De autem secunda

Februarii anni Christi 1268 solvitur imperator anathemate a Josepho, ut scribit idem Pachymeres, cap. 24 ejusdem libri. Postmodum vero cum Josepho patriarchæ persuasissent Schismatici, ut scripto publico declararet, jurejurando interposito, se nunquam in pacem ecclesiarum consensurum, ut narrat idem scriptor, lib. v, cap. 16, tum imperator cum patriarcha transigit, ut ipse patriarchali palatio excederet; quod quidem contigit die secunda mensis Januarii anni Christi 1274, ut scribit laudatus Pachymeres, cap. 17 ejusdem libri, ubi tota re pluribus exposita sic concludit: *Ταῦτα πρὸς ἀλλήλους συνθεμένων, ὁ μὲν πατριάρχης κατελθὼν εἰς τὴν τῆς Περιβλέπτου μονὴν προσκαθίσει, ἐνδεκάτῃ μηνός; Ἐκατομβαιῶνο; δευτέρας ἐπινεμήσεως τοῦ ςψπβ' ἔτους, κατέγων καὶ τὰ αὐτοῦ πρόνομια ἀναγράφεται· τὰ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἐτι ἐν γαλήνῃ ἦσαν, πλὴν τῶν τῆς Ἐκκλησίας τεταγμένων εἰς ἀρχοντας. His inter ipsos conventis patriarcha in Periblepti monasterium migravit die secunda Januarii, secundæ indictionis, anni 6782. fruens ibi redditibus suis annuis sine diminutione; sic Ecclesiæ quidem corpus in quadam tranquillitate erat; non item qui ei præerant. Joseph itaque cum renuntiatus sit patriarcha CP. sub finem anni Christi 1267 et depositus sit in initio anni 1274, uti paulo superius ex Pachymere demonstravimus, anni octo, qui eidem a Nicephoro assignantur, fuerunt proculdubio utrinque incompleti. Fallitur ergo et Georgius Phranzes dum Josepho annos tredecim attribuit. Cæterum verba illa Nicephori: *Καὶ διὰ τὴν ἔνωσιν τῶν Λατίνων ἐκβάλλεται παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ*; sic interpretanda: *Et propter unionem cum Latinis ejicitur ab imperatore Michaelē.* Et ita legendum etiam supra in versione.*

Ibid. *Ἰωάννης*, etc. *ὁ Βέκκος ἔτη η'*. Deposito Josepho, in ejus locum sufficitur Joannes Beccus sive Veccus die vicesima sexta mensis Maii; secunda vero Junii, Dominica proxime secuta, illustri die Spiritus sancti, rite in patriarchatum inauguratus est, nimirum anno Christi 1275, ut scribit Pachymeres, lib. v, cap. 24: *Καὶ ὁ Βέκκος εἰκοστῇ μὲν καὶ ἕκτῃ Ἰουαννιῶνο; μηνός; κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ πατριάρχης προβέβληται. Δευτέρᾳ δὲ Μαυμακτηριῶνο; τῆ ἐπιούσῃ Κυριακῇ, ἐν ἐπισήμῳ ἡμέρᾳ τοῦ Πνεύματος, τὰ τοῦ Πνεύματος δέχεται, καὶ τελειοῦται ἀρχιερέως. Veccus igitur sexta et vicesima mensis Maii, festo sanctorum Nicæensium Patrum patriarcha creatus est: secunda vero Junii, Dominica proxime secuta, illustri die Spiritus sancti, Spiritus ejusdem per sacram ordinationem particeps factus, rite inauguratus in patriarchatum est. Pelitur autem a sede Veccus ab Andronico imperatore die vicesima sexta mensis Decembris anni Christi 1282, ut scribit Pachymeres, lib. i, cap. 4, qui sane scriptor pluribus exponit ea quæ Vecco patriarcha gesta sunt utianda gratia Ecclesiæ Græcæ cum Latina. Gregoras ait Joannem Veccum eiam secessisse, seque Panachranti monasterio inclusisse. Huic patriarchæ anni septem assignantur in cod. ms. Bibliothecæ collegii Claromontani, quo usus est Philippus Labæus; sed ipse perperam ibi legerat ex pro γ'. Cæterum scribæ incuria legitur hic in textu Græco, *ἔποησε αὖ τὴν ἔνωσιν*, etc. Lege igitur, *ἐποίησε τὴν ἔνωσιν*, etc.*

Ibid. C. *Ὁ ὁμολογητὴς Ἰωσήφ τὸ δεύτερον μῆνας δ'*. Pulso e sede Vecco rursus inducitur Josephus die ultima mensis Decembris anni Christi 1282, ut scribit Pachymeres, lib. i, cap. 5. Is ineunte mense Martio anni 1283, morbo et senio consumptus obiit, ut refert idem scriptor cap. 13 ejusdem libri. Fallitur autem Georgius Phranze, dum Joanni Vecco statim Athanasiam successisse ait. Cæterum Josephum, cum esset in sedem patriarchalem restitutus, paulo post cessisse scribit Gregoras, lib. vi, cap. 1, idque ab eo factum du-

plie de causa; tum ut pace fruerentur ii qui propter ipsum vexabantur; tum quod patriarchæ munus obire nequiret, totius corporis viribus morbo et senio exhaustis: ὡς ἐντεῦθεν ἀναγκαζοῦνται μὲν τὸν ἰωσήφ τοῦ θρόνου τοῖς βουλομένοις; παραχωρεῖν, ὅθεν ἐνεκα, τῆς τε εἰρήνης τῶν δι' αὐτὸν ὀχλουμένων, καὶ τοῦ μὴ δύνασθαι τὰ τῷ θρόνῳ προσήκοντα πράττειν, ὅλην δὲ τὴν μένον ὑπὸ γέρας καὶ νόσου τὴν τοῦ σώματος δύναμιν. *Quamobrem Josephus sua sede cuilibet cedere coactus est duabus de causis; tum ut pace fruerentur ii qui propter ipsum vexabantur: tum quod patriarchæ munus obire nequibat, totius corporis viribus morbo et senio exhaustis.* Idem confirmat paulo infra sectione 5 laudatus scriptor, ubi ait Josephum paulo post quam patriarchatum reliquisset e vivis excessisse. Gregoræ astipulatur Andronicus imperator in λόγῳ χρυσοδόλλω, qui existit inter opera mss. Nicephori Chumii, laudatus a Boivinio in Notis ad Gregoram, pag. 753. Cæterum Mathæus Cigala, et Philippus Cyprius qui huic Josephum ab Joanne Palæologo Florentiam ad octavam synodum se contulisse, ibidemque obfisse scribunt, longe falluntur; quippe nemo, nisi Græculus penitus indoctus fuerit, ignorare potest, hunc patriarcham longo tempore ante octavam synodum floruisse, illum vero, qui concilio Florentino interfuit, penultimum patriarcham fuisse ante captam a Turcis Constantinopolim.

Ibid. Γρηγόριος ὁ Κέρκιος, etc., β' τῆς ζ'. Nimirum, Gregorius Cyprius lector protoapostolarius cooptatur, et præfuit annis sex. Et ita legendum supra in versione, ubi scribæ incuria legitur annis 16, pro annis 6. Quid vero Ἡρωδοτοστολάριος, vide Ducangii Gloss. Græc., v. Ἀπόστολος. Josepho autem satis functo circa initium mensis Martii anni Christi 1283, uti supra ex Pachymere demonstravimus, successit Gregorius Cyprius, a quo initum fuisse patriarchatum ante medium mensis Aprilis ejusdem anni scribit Possinus ex Pachymere, quod idem scriptor, cap. 15, lib. 1, referat, feria jam tum secunda majoris hebdomadæ fuisse Gregorium Cyprium in plena possessione patriarchalis potestatis. Fuit quippe illo anno Pascha die Aprilis 18, unde majoris hebdomadæ feria secunda diem Aprilis 12 inderit: quo anteriorem inaugurationem Gregorii fateri necesse est. Sic Possinus. At ipse Pachymeres clarius lib. 1, cap. 14 Georgium Cyprium, qui induto monastico habitu Gregorius appellatus fuit, consecratum fuisse ait die Palmarum, qui dies anno Christi 1283 incidat in diem 11 mensis Aprilis; ordinatus autem fuit patriarcha CP. a Germano Heracleensi, cooperante Cozylensi; idque peractum in templo Maximo, nimirum in Sancta Sophia, unde exclusi fuere, durante consecratione, quotquot Ecclesiarum paci consenserant, ut scribit laudatus scriptor paulo ante citato loco, et capite sequenti, ubi etiam narrat, cur non ab alio episcopo quam a Germano Gregorius consecratus sit, et eundem Germanum Heracleensem paulo ante ordinatum fuisse episcopum in antiquæ Irenes templo. Sic Pachymeres cap. 14, cujus pauca verba, quæ ad ordinationem Gregorii et Germani spectant, hic exscribere lubet: Τὰ τῆς τελετῆς τοῦ πατριαρχεύοντος ἐχειρίζουσιν, ὁ δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ Κρονίου μὴνός παραλαβὼν ἐκεῖ, ὅς εἰσάγει τὴν τοῦ Ἡεροδόμου τῆς Ἡέτρας μονὴν σὺν ὀλίγοις τισὶ, καὶ νῶν ευρόντας ἐπ' ἀμπέλωνος, ἀργὸν ὧς, ἐδόκει κάκεινο; ἔντα, ἐκέλευε τὰ εἰκότα τελέσαι, μοναχὸν μὲν ἐκ λαϊκοῦ ἀποδείκνυσαι, διάκονον δ' ἐξ ἀναγνωστῶν χειροτονεῖν. Τῆς δ' αὐτῆς ἡμέρας καὶ πατριάρχην ὀβασίλευ; ἐκείνον προβάλλεται. Ἐντεῦθεν ἐκείνος, ἐκκεχωρημένον ἔχων διὰ προτροπῶν ἐνεργεῖν τὰ οἱ προσηκόντα, τὸν τοῦ Ἀκακίου, ἀνδρὸς εὐλαβοῦς, καὶ τα πολλὰ συντετηρημένον, καὶ ἐπὶ τοῖς χῆδ; πραχθεῖσαι ὁδῶντος ἀμφιγυρομενεῖν, μαθητὴν Γερμανοῦ εὐλαθεῖ γὰ κάκειο;

ἑσάπαν, καὶ τὸ ἦθος ἀπλοῦκόν, ὡς καὶ ἐν πνευματικῶς ταχθέντα τῷ πατριαρχεύσαντι, ἅμα μὲν σὺν τῷ Κοζύλῃ; πρόεδρον Ἡρακλείας τῆς κατὰ Θράκην, καὶ χειροτονητῆν αὐτοῦ ψηφίζονται, ἅμα δὲ τῷ ἐπισκόπῳ προτρέπεται, οὗτοι τοῦ καίρου σχεδάζοντος, εἰς μητροπολίτην χειροτονεῖν, καὶ ὁ τῆς παλαιᾶς Εἰρήνης θεῖος ναὸς, πολλὰ καταπίυθεισης πρότερον τῆ; ἑρᾶς καὶ μυστικῆς τραπέζης, καὶ τισιν ἀγασθεῖσης εὐχαῖς, τὴν κείνου εἰδῆ χειροτονίαν· αὐτῆς δ' αὖθις κάκεινος πρῶτον μὲν ἑρᾶς, εἴτα δὲ καὶ τῆ λαμπρῆ εὐρητῆ τῶν Βασιῶν, ἀρχιερεῖα τῷ πατριάρχῃν χειροτονῶσαι. *Hic igitur commissam sibi designati patriarchæ ordinationem auspicaturus, mense Martio susceptum eum introducit cum paucis in monasterium a Proдро to et Petra nominatum, ubi templo in vinea reperto, in quo et ipso apparebat rem divinam ex longo fieri desiisse, in eo consuets ceremoniis monachum ex laico instituit Cyprium; moxque diaconum ex lectore ordinat. Eadem porro die eundem imperator declarat patriarcham. Hinc jam patriarcha, qui multorum suasionibus inductus, certum, ac plane constitutum haberet, non alium adhibere ad sui consecrationem, quam eum, de quo inter omnes constaret, longe alienum esse ab omni specie piaculi, quale plerique antistitem contraxisse mutuis flagrantium factionum insinuationibus culpabantur, discipulum Germanum filium Acacii viri pii, et valde circumspetti, qui se in palam nuper actis quasi neutrum habuerat, assensum in partem utramvis sustinens, et utriusque, quantum duntaxat satis erat ad securitatem, favens; hunc quoque ipsum nulla religionis existimatione commendatum; præterea ita moribus simplicem, ut eum ille, qui patriarchatum nuper gesserat confessoris accensuisset; hunc, inquam, quasi de quo nulla esse posset cujusquam plausibilis exceptio, in sui ordinatorum præparavit; eligens eum, suffragante in id pariter Cozyleno, in prasulem Heracleæ Thraciæ. Post quod episcopo mandavit, ut eum constim (res enim moras non ferebat) in eam sedem rite metropolitam ordinaret. Isti functioni delectum est antiquæ Irenes divinum templum, cujus sacra et mystica mensa multis prius purgationibus expiata, et certis sanctificata precibus, Germani novi Heracleensis inaugurationem vidit. Ille porro vicissim promotorem suum Cyprium, primum quidem sacerdotio initiavit, deinde in celebri Palmarum festo, cooperante antistite Cozyles, patriarcham ordinavit. Reliqua vero, quæ peracta sunt, dum consecratur Gregorius Cyprius, pluribus exponit idem Pachymeres, cap. 15 ejusdem libri; quæ cum sint longiuscula, hic non exscribo. Verum priusquam de Gregorii patriarchatus annis loquamur (cum de ecclesia antiqua sanctæ Irenes mentionem fecerimus), libet hic nonnulla monere, quæ ad eamdem ædem spectant, et quæ libris præcedentibus, ubi de eadem pluribus locuti sumus, a nobis prætermissa sunt. Stephanus, diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, auctor Vitæ sancti Stephani Junioris, qui sub impio Copronymo martyrium subiit, docet solus, quod sciam, secundum concilium generale, primum Constantinopolitanum habitum esse in æde Sanctæ Irenes; quod quidem intelligi non potest de alia æde Sanctæ Irenes, nisi de antiqua, cum Theodosio Magno imperante nulla alia sic nuncupata existerit Constantinopoli, quam hæc antiqua Sanctæ Irenes ecclesia, quæ a Constantino Magno condita fuit. Sic idem scriptor, pag. 482, loquens de sex conciliis generalibus: Οὗτῃ ἐν ἑρῶν, ναοῖς αἱ ἀγίας ἑξ ἁνωδοῖς συνηθροῦσθησαν· ἡ τε πρώτη ἐν Νικαίᾳ, ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀγίας Σοφίας, ἡ δευτέρα ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀγίας Εἰρήνης; καὶ ἡ τρίτη ἐν Ἐφέσῳ, ἐν τῷ τοῦ Θεολόγου ναῷ, καὶ ἡ τετάρτη ἐν τῷ κατ' ἡμᾶς Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῷ τῆς πανευφροῦς οὐκίῳ, καὶ ἡ πέμπτη αὐτῆ ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἡ ἕκτη, ἡ μὲν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀγίας*

D

Σ. φίας, ἡ δὲ ἐν τῇ ἐερῷ παλατίῳ, ἐνθα ἐπιλέγεται ὁ Τροῦλλος, ὅπερ ἡμεῖς Ὀάτον καλεῖμεν. An non in sacris templis sex sanctæ synodi congregatæ sunt? Prima Nicææ in templo Sanctæ Sophiæ: secunda Constantinopoli, in templo Sanctæ Irenæ: tercia Ephesi, in templo Theologi: quarta in nostra Chalcedonensi metropoli, in templo celeberrimæ Euphemîæ: quinta iterum et sexta, Constantinopoli, illa in templo Sanctæ Sophiæ, hæc in sacro palatio, in ea parte quæ Trullus dicitur, quam nos Outum vocamus. Hujus autem synodi ordinem, quo dispositi erant antisites, quæve in parte sederit Theodosius Magnus, qui eidem synodo interfuit, nobis præsentat tabella, quæ exstat in codice ms. Bibliothecæ Regiæ, uncialibus litteris conscripto, sæculo nono. De hoc codice ms. sic loquitur doctissimus Montefalconius noster *Palæographiæ Græcæ*, lib. iii, pag. 250. Codex, inquit, Regius, ann. 1809, membræaceus, ingentis molis, pulchritudine et magnificentia nulli concedit. Auro fulget undique in Tabellis depictis, quas ad quadraginta quinque numeravi; in litteris item initialibus, maxime in titulis orationum. Continet autem Gregorii Nazianzeni Orationes: descriptusque fuit Basilio Macedone imperante, ut liquet et picturis, ubi Basilius ipse depingitur cum tota familia: ex carminibus item in fronte positis, ubi Basilius, quasi tum sceptrum tenens compellatur: necnon ex elegantia codicis, qui vere imperatoriam præfert magnificentiam, ad usumque ipsius Basilius et domus Augustæ fuisse plane videtur. Præeunt quinque prægrandes tabellæ depictæ, quæ totam paginam occupant, longe ampliores specimine hic allato; nam in descriptis foliis perquam late margines undequaque vacuæ manent; in depictis vero, ad extremam usque oram, paginæ occupantur. Hæc prægrandes Tabulæ depictæ: tribus in foliis continentur, quæ folia cum reliquis oim non hasisse videntur: unde auguratur v. r. quidam doctus, et rei librariæ veteris permissimus, codicem aliquantum vetustorem hinc depictis Tabulis esse: et picturas istas Basilium Macedonem cum familia exhibentes, postmodum huic exemplari adjunctas fuisse, cum ad hujus imperatoris usum codex translatus est. quanquam latet et ipse codicem ejusdem circiter ætatis esse, et ad Basilius ævum ex characteris forma commode reduci posse. Ego vero libentius credam totum codicem cum præmissis Tabellis ad Basilius usum adornatum fuisse. Deinde vero priora illa tria folia a principio posita, vel ex diuturno usu, quia initio posita frequentius evolverentur, avulsa fuisse; vel fortasse ab aliquo male feriato homine, ob elegantiam abstracta, deinde vero restituta fuisse. Ut ut sit, codex noni prorsus sæculi videtur esse. De hoc codice B. lius in *Monito ad orationem 53* sic loquitur: *In reginæ tamen codice litteris capitalibus scripto, ac Gregorii nostri antiquitatem propemodum æquante, inter germana ipsius opera numeratur. Id quod tanti apud me momenti est, ut, quanquam reclamante stylo, vix tamen hanc lucubrationem inter ψευδοπτεγρ-φα numerare aude-rem: nisi Hieronymus omnem dubitationis ansam nobis eximeret, atque hunc setum vero suo parenti assereret.* Deinceps affert locum Hieronymi, qui hoc opus sancto Gregorio Neocæsariensi sive Thaumaturgo ascribit. Jam ad picturas veniat. In primi folii pagina secunda (prima quippe vacat) in fundo aureo Christus sedens, non ineleganter pro illa ætate representatur, Evangeliorum librum apertum tenens ad hæc verba, Εὐαγγέλιον τὴν ἐμὴν διδασκαλίαν, *Pacem meam do vobis*, etc., quæ spectant ad famulam Augustam in proxima Tabella e regione depictam. Hæc prima pictura multis in locis erasa in pulverem abiit. In secundi folii pagina prima, fundo aureo stat Augusta cum amobus nunc et inde filiiis pariter stantibus. Supra

caput Augustæ scribitur, Εὐδοκίη Αὐγούστα, *Eudocia Augusta*. Qui stat a dextris filius ejus, inscribitur Ἀλέξανδρος δεσπότης, crasis pene prestrenæ vocis litteris; *Alexander despotes*; a sinistris Αἰών δεσπότης, *Leo despotes*. Eudocia vero et filii sinistra singuli globulum tenent, in signum imperii. Circa Tabulam a quatuor partibus hi lambi leguntur:

Εὐκλήματόσταν ἀμπελὸν σε τοῦ κράτους
Βότρου; φέρουσαν τοὺς γαλήνοῦς; δεσπότηα;
Βασίλειο; προήξε Ῥωμαίων; ἀναξ
Μαθῶν προλαμπεῖς Εὐδοκίας; φωσφόρους.

*Palmitibus ornata imperii tui vitem
Uvum ferentem, serenissimus nempe despota,
Basilius prorexit Romanorum imperator,
Cum splendida Eudociæ lumina edidicisset.*

At abrasis præ vetustate litteris dubitat idem ipse Montefalconius an in postremo versu legendum sit μεθ' ὧν pro μαθῶν. Hanc autem Tabellam, quæ Eudociam Augustam cum Leone et Alexandro filiis representat, in ære incisam exhibuit Ducangius in familiis Byzantinis, pag. 159. De aliis vero Tabellis depictis quæ in laudato codice Regio habentur pluribus agit ipse Montefalconius paulo superius citato loco. Sed ut ad tabellam synodi Constantinopolitanæ formam ordinemque episcoporum exprimentem redeamus, in ima parte ejus tabellæ habetur Macedonius; ex altera vero parte nomen tantum Apollinaris hæresiarchæ scriptum cernitur, effigies non comparet, cum pars illa folii conscissa sit; qui quidem ambo in eadem secunda synodo cum suis erroribus proscripti fuere.

Sed ut redeamus ad patriarcham Gregorium, imprimis mira oscitantia Georgii Phranzæ animadvertenda est, qui in serie patriarcharum nullum hunc Gregorium ponit, neque Josephum restitutum post Veccum a t, sed scribit: *Veccum patriarcham, sua sede depulsum, monachus quidam, Athanasius nomine, excipit.* Verum scriptores omnes, qui res illius ævi memorie prodiderunt, assentiunt post Veccum Josephum restitutum fuisse, uti supra diximus, et hunc excepisse Gregorium Cyprium; sic de Josepho secundo patriarcha. et Gregorio Cyprio refert Ephraemius Constantinopolitanus. Quod vero ait Ephraemius Gregorium Cyprium a prima ætate patriam paternamque domo fuisse extorrem, lucem accipit ex Pachymere, qui lib. vii, cap. 34 refert, Gregorium apud Italos natum, et adultum, seseque postmodum inter Græcos conjecisse: *Τὴ παθόντα ελεγεν (Veccum scilicet), ἐπὶ τὸν παρὰ Ῥωμαίους, καὶ ἐκ Ῥωμαίων γεννηθέντα καὶ τραφέντα συχναῖς περιβλλόντες; λοιδοροῦνται, ἐπειτα φεύγετε, ἀνδρα δε παρ' Ἰταλοῖς γεννηθέντα, καὶ τραφέντα, καὶ οὐκ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς στολαῖς, καὶ γλώττη πρὸς τὰ ἡμέτερα παρεσφρήσαντι εὐφημοῦντες; δεχέσθαι.* *Quid passi, dicebat (Veccum), me apud Græcos et ex Græcis natum et adultum, frequentibus onustum maledicentiis, fugitis, virum vero, apud Italos et natum, et adultum, prætereque ipso habitu et lingua in Græcos intratum, non sine laude accipitis?* Cætera vero, quæ ad Gregorium Cyprium spectant ac ejus patriarchatum, videri possunt apud Pachymere et Gregoram, qui fuse de eo scripserunt; necnon apud alios scriptores, qui res illius ævi memorie prodiderunt. Restat nobis ut de hujus patriarchatus annis, ac ejus depositione aliqua dicamus. Gregorius Cyprius, uti supra ex Pachymere demonstravimus, renuntiatu fuit patriarcha mense Martio anni Christi 1285, et die Palmaram, qui illo anno incidebat in diem undecimum mensis Aprilis, consecratus fuit patriarcha C. P. a Germano Heracleensi antistite. Hic cum sedisset annis sex, patriarchatum abdicavit circa mensem Junium anni Christi 1289. Cur autem Gregorius patriarchatui valedicere cogitur pluribus exponit Pachy-

theta adjunxit. Leo Allatus lib. II *De consens.*, cap. 41, col. 513, libellum Græcæ Latineque edidit, quem Chilas imperatori contra tomum obtulit. Quod in causa fuit ut Cyprius tomum sui expositionem scriberet, quæ nunc primum prodit ex col. Reg. 3442. In ea expositione contendere pergit, aliam esse personæ divinæ Spiritus sancti processionem ad existendum, et aliam ad effulgendum: primam innui a Scriptura et Patribus, quando Spiritus dicitur a Patre procedere; secundam, quando a Patre per Filium. Cæterum Joannem Beccum perjurii accusat, et libellum recitat, quem ille, ad effertatos adversum se plebeculæ animos placandos, Josepho patriarchæ dederat, subscripseratque, ceu Latinorum dogmati abrenuntiaret, et abdicationem suam approbaret. Qua vero mente Beccus id gessisset, ipsemet declaravit initio disceptationis suæ, quem in concilio coram imperatore ipsam habuisse narravi, quæque horum omnium motuum causa exstitit. Insuper vero Theoleptus Cyzicenus patriarchæ Gregorio objecit, in tomo vestigia reperiri impiæ doctrinæ Marci monachi, qui librum nuper vulgaverat, in quo nomen *προβολεύς productor*, ambiguo perinde sensu usurpatum narrat Pachymeres, ὃς καὶ αὐτὸς ὁμωνυμίζει τὴν λέξιν *προβολεύς*. Hunc Marcum alienigenam fuisse, Græcum, idem historicus tradit, et quantum ex inscriptione confessionis Gregorii, de qua mox dicitur colligitur, ex Hebræo Christianus factus fuerat, ac subinde monachus. Ex quo revincitur amplius error viri illius alioqui doctissimi, qui Marcum hunc eundem esse putavit ac Marcum Ephesium qui post centum et quinquaginta annos contra Latinos disputavit in synodo Florentina. Ejus quidem errori favere videtur, quod in indice Bibliothecæ Scoriacensis legatur, *Γρηγόριος πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Κυπρίου ἀπολογία εἰς τὴν ἐπιστολὴν Μάρκου τοῦ Ἐφέσου, Gregorii patriarchæ Constantinopolitani Cyprii apologia in epistolam Marci Ephesii*. Verum librarii oscitantia vel imperitia factum est, ut vox τοῦ Κυπρίου Cyprii, interjecta sit: cum hoc opus reddendum sit Gregorio protosynceilo, qui postremus Byzantinorum patriarcharum fuit, ante captam a Turcis civitatem: nisi tamen pro Μάρκου τοῦ Ἐφέσου scribendum fuerit, Ἰωάννου τοῦ Ἐφέσου *Joannis Ephesii*, Chilæ scilicet adversarii Gregorii Cyprii; quod obiter a me dicitur sit. Atqui Marcus ille monachus exiguum volumen quod scripserat, emendatum jactabat, et approbatum a patriarcha, quicum arctissima necessitudine jungebatur. Qua re factum est, ut statim atque Marci liber emissus in publicum fuit, Gregorius Cyprius ejus auctor censitus sit. Quam criminationem patriarcha ut repelleret, *Confessionem*, quam dixi, *fidei* condidit, qua Marci dogmata execratus est. Id quod etiam in altero supplice ad Andronicum imperatorem libello præstitit. Interim qui pro Gregorio stabant, Athanasium Alexandrinum imperatore annuente, compellant ut tomo subscribat: quod tamen ille facere noluit; causatus sibi ætatis otii et facultatis non esse ad singulas ejus voces explorandas, eo maxime quod Constantinopolitanorum mores et sensus perspectos non haberet. His commotus imperator, ardens suam erga Cyprium studium temperare cœpit, eique colloquium publicum exoravit, in quo mentem planius suam explicaret, annuit primum, atrox vero mutata sententia abnuvit, veritus ne idem accideret quod in anteriore cum Becco disputatione, ex qua res Ecclesiæ nihilo pacatior evaserant. Quam imo Andronicus misit, qui sedis abdicationem ab ipso poscerent. Jam enim Cyprius e patriarchali domo in Hodegorum monasterium migraverat, in quo scribendis pro sua defensione libris vacabat. Posthac aptem, ne patriarcha inauditum damnaretur, publicum conventum imperator edixit, in quo lecta est illius *Confessio fidei*, et ab

A omni prævæ doctrinæ suspicione immunis judicata. Nihilominus Ephesinus metropolita et Cyzicenus palam protestati sunt, minime se in communionem posse venire cum homine qui certis de causis hæresis invidia aspersus esset. Cui sententiæ quia pertinaciter adhærescebant, nec imperatoris monitis et adhortationibus cesserant, in separatas custodias uterque missus est, e quibus non nisi post annos aliquot, et vix ægre educiti sunt. At Theoleptus Philadelphiensis omnem offensionem hanc ex solo Marci libro acceptam prætexens, Gregorium rectæ fidei alumnum judicatum iri dixit, si Marci doctrinam detestaretur (disertius utique quam in confessione et in libello ad imperatorem. Quod quidem a Cyprio præstitum fuisse, Pachymeres non narrat: sed, cum hæc ille audisset, gratiis actis imperatori, postera die cessionis libellum dedisse. Rursum vero imperator, collectis iterum synodis, operam ponebat, ut tomus saltem emendaretur et exponeretur: id quod tamen selecti ad hoc operis viri conficere nullatenus poterunt, cum de germano Damasceni sensu tradendo inter eos nequaquam conveniret. Τέλος, inquit sæpe laudatus Pachymeres, ἐπεὶ οὐκ ἦν συμφωνεῖν ἐπὶ τῇ τοῦ γράμματος διορθώσει, ὑπέβητον τὸ λὸγὸν τῆν ἐξηγήσιν, κρείττον ἤγησάμενοι μὴ ὄλωσιν τὸ βιβλίον ἐξηγεῖσθαι, ἢ ἐξηγουμένους ἀναρρίπτειν ἡνδύον. Ac consulto prorusus: nam præter Becci expositionem, qua sincerior altera non occurreret, ut, positus præjudicis, sentiant omnes, qui in libris ejus legendis operam ponunt, Cyprius in apologia quam pro suo tomo iterum scripsit, illos adversarios relollit, utique schismaticos, nec a Joanne Ephesio, Danielé Cyziceno, et Theolepto Philadelphiensis diversos, qui Joannis Damasceni dictum *προβολεύς* διὰ λόγου ἐκφαντορικῶ Πνεύματος, *manifestantis Spiritus per Verbum productor*, sic interpretantur, ac si διὰ λόγου, *per Verbum*, δι' Υἱοῦ, *per Filium*, apud sanctos Patres idem sonaret, atque σὺν τῷ λόγῳ *cum Verbo*, μετὰ τοῦ Υἱοῦ, *cum Filio*, ἅμα τῷ Υἱῷ, *una cum Filio*: quæ quidem postremam interpretationem tum Patrum sententiis, tum grammaticæ legibus et usui contrariam pluribus ostendit et evincit. Interim vero Joannes Beccus præter libros adversus Gregorium Cyprii tomum quos citavi, quatuor alios ad Constantinum, Melitiniotam utique, scripsit, quibus ejusdem toni expositionem a Cyprio adornatam, confutavit. Hos etiam Leo Allatus cum aliis edidit. II *Græciæ orthodoxæ*. Gregorii vero Cyprii opuscula, quæ in codicibus Regiis, ac præsertim 3442, reperi, hic subscribenda censui, quo rerum gestarum series melius a studioso lectore percipiatur. (Extant jam edita in tomo nostro CXLII.)

Col. 468 C. *Ἀθανάσιος ἐκ Μακεδονίας*, etc. δ' ἐτη... Abdicatio patriarchatu Gregorio Cyprio circa mensem Junium anni Christi 1289, ut paulo superius monuimus, in ejus locum succititur Athanasius monachus e Monte Gano; cujus promotionem celebravit Andronicus ad magnum palatium in Triclinio Justiniano congrua tali functioni magnificentia, sed cum sinistro augurio terræmotus, ut scribit Pachymeres, lib. II, cap. 15, et die quarta decima mensis Octobris ejusdem anni ordinatur Athanasius, ut tradit idem scriptor citato loco. Hic autem cum sese rebus temporalibus vehementius immisceret, a populo ejicitur, ut scribit hic Nicephorus Callisti; quod quidem confirmatur ex Pachymerc, qui pluribus res ab eo in patriarchatu gestas, ac ejus mores describit. Coactus autem fuit patriarchatum abdicare postquam quadriennium sedisset, nimirum die decima sexta mensis Octobris, ut tradit idem scriptor, cap. 24: Τοῦτο δὲ τις καὶ μόνον παρατηρήσειεν, ὅτι τέσσαρτον ἑνιαυτοῖς τὴν Ἐκκλησίαν κατέγων, αὐτὴν σχεδὸν ἡμέραν εἶδε τῆς ἐκβολῆς, ἣν ὅη καὶ τῆς ἀναστασεως ἔβρωσεν, ἥτις καὶ Ἐλαφροβλιτώνος ἐκκαθε-

χάρη ἑν. *Unum tamen ad ea illud non de nihilo quis observans adjunxerit, sic exacte quadriennium in patriarchatu Athanasium explevisse, ut eandem ferme initi relictiæ regiminis Ecclesiæ numeraverit diem sextum decimum Octobris.* Sic Pachymeres; ex quo quidem patet Athanasium patriarchatum abdicasse die decima sexta mensis Octobris anni Christi 1295, cum velis et annis quatuor, et duobus præterea diebus, cum ejusdem consecratio contigerit, ut paulo superius ex Pachymere diximus, die quarta decima mensis Octobris anni 1289. Fallitur igitur Georgius Phranza qui Athanasio annos octo integros assignat. Quam vero fuerit Athanasius hominum regendorum ignarus, quamve sævus et inhumans, facile quispiam cognoscere poterit, non solum ex Pachymere, qui plura de eo, (nam Gregoras schismaticorum hominum laudator in Athanasium valde propensus fuit), sed etiam ex ipsius Athanasii epistolis, quas ad imperatorem Andronicum, et ad alios complures conscripserat. Quarum quidem epistolarum habetur codex chartaceus in bibliotheca regia, quem huic donavit H. D. Carolus Mauritius Tellerius, archiepiscopus dux Rhemensis, ut scribit doctissimus Boivinius in notis ad Gregoram, ubi de hoc codice ac epistolis et aliis Opusculis Athanasii patriarchæ loquitur. Libet autem nobis (quoniam sex abhinc annis omnes Athanasii epistolæ ac Opuscula ex laudato codice Regio exscripsimus et in Latinum vertimus) hic integrum indicem prædictorum operum exhibere, quem cum ex schedis Boivinii, tum etiam proprio labore adornavimus. (Sequebatur Athanasii Epistolarum Index, quem jam editimus in tomo CXLII).

Col. 468 C. *Ἰωάννης μοναχός, ἔτη 0'.* Abdicato patriarchatu Athanasio die decima sexta mensis Octobris, anni Christi 1295, uti supra demonstravimus, in ejus locum suscitatur Joannes Sozopolitanus, qui prius Cosmas vocabatur; ejusque consecratio peracta est Kalendis Januarii anni 1294, ut scribit Pachymeres lib. II, cap. 28, ubi hujus viri ingenium ac mores describuntur. Hic autem patriarcha e sede pellitur ab Andronico, ut in ejus locum Athanasius restituitur, die vicesima tertia mensis Augusti anni Christi 1304, cum sedisset annis novem, mensibus septem, et diebus præterea viginti duobus, ut observat Possinius lib. III, Chronologico ad Pachymereum.

Ibid. D. *Καὶ ἀνάγειται πάλιν ὁ Ἀθανάσιος.* Ad Athanasium secundo patriarcham desinit Catalogus patriarcharum CP. a Nicephoro Callisti concinnatus, nimirum ad annum Christi 1504, quo quidem tempore Nicephorus florebat, uti in Præfatione monemus, ubi plura de ipso, ac ejus scriptis placuit dicere. Quod vero attinet ad tempus Athanasii secundo patriarchæ, illum restitutum fuisse in sedem die vicesima tertia mensis Augusti, anni Christi 1304, paulo superius ex Pachymere demonstravimus; qui rem totam pluribus narrat. Huic secundo patriarchæ annos sex, et totidem menses attribunt Matthæus Cigala, et Philippus Cyprius, Georgius vero Phranza annos octo eidem secundo patriarchæ assignat. Sic Pontanus ex Phranza: *Ieruniquæ Athanasius in eo est latus. Hic postquam claves Ecclesiæ octo annos tenuit, rursus scandala emerferunt. Sic cui quies amica semper farrat, sedem patriarchicam valere rursus jubet,* etc. Gregoras autem lib. VII, cap. 9, causam cur Athanasius secundo patriarchatum abdicaverit, pluribus narrat, ubi doctissimus Boivinius ad marginem monet, id factum anno Christi 1310, unde apparet Athanasium secundo patriarcham seisse annis sex, et aliquot mensibus.

Ibid. *Καὶ ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Ἀρδίου μέγιστον τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου πατριάρχου γ.λ. ἔτει ςω'. Numerus ab orbe condito hic appositus depravatus a scriba videtur; nam vel desinit*

in initium patriarchatus Joannis Sozopolitani, vel ad finem; si ad initium ita restituendus ἔξει ςωβ', anno 6802, Christi 1294, quo anno Joannem inauguratum fuisse, supra demonstravimus. Si vero numerus ille in finem desinat, ita restituendus, ἔξει ςωβ', anno 6812, Christi 1304, quo anno e sedepulsus fuisse Joannem supra monuimus. Cæterum cum Historiam imperatorum Constantinopolitanorum a Constantino Magno ad ultimum imperatorum Christianum texere sit animus, libet etiam huic catalogo Nicephori Callisti seriem integram patriarcharum Constantinopolitanorum subjungere, nimirum illorum qui post Athanasium secundo patriarcham sederunt, ad Gregorium qui nuncius fuit patriarchæ ante captam a Turcis Constantinopolim. Hoc quidem præstabit catalogus patriarcharum CP. editus ab eruditissimo P. Labbeo ex codice ms. Bibliothecæ Claromontanæ; singulis autem locis, si opus fuerit, Notas, sed breviores, adjiciemus. Quam vero imperfecti sint catalogi patriarcharum CP. editi a Matthæo Cigala et Philippo Cyprio, et maxime post Athanasium ad captam usque a Turcis urbem, facile quisque cognoscere poterit ex iis quæ infra dicturi sumus. Sic igitur habet Claromontanus codex:

Catalogus patriarcharum Cpolitianorum inde ab Athanasii præsulatu usque ad captam a Turcis urbem Regiam.

Νίφων ἔτη γ', μήνας ι'. Nimirum, Niphon annis 5, mensibus 10. Abdicato secundo patriarchatu Athanasio anno Christi 1310, uti supra monuimus, Ecclesia Constantinopolitana per biennium vacavit; tandem Niphon Cyzici metropolitanus sedem illam occupat, initio anni 1312, ut scribit Nicephorus Gregoras, lib. VII, cap. 9, ubi hujus viri ingenium ac depravatos mores pluribus describit. Habentur et Athanasii patriarchæ CP duæ Epistolæ quæ ad Niphonem huic spectant, nimirum, una ad imperatorem, *de Domino Niphone Cyziceno episcopo. et de accusationibus contra eundem ipsi oblatis;* altera ad magistrum libellorum supplicum, *de electione qua creatus patriarcha fuerat episcopus Cyzici.* (Vide tom. CXLII.)

Hic cum sedisset annis tribus, et decem mensibus, anno Christi 1315, e patriarchali sede pellitur ob multa et variæ sacrilegia, ut scribit Nicephorus Gregoras cap. 11, paulo superius citati libri. Cæterum habetur in codice Regio n. 2964, fol. 199, verso, Oratio Nicephori Comneni, laudata a Boivinio in notis ad Gregoram, quæ sic inscribitur: *Ἐλεγχος κατὰ τοῦ κακῶς τε πάντα πατρ' ἀρξέσαντος Νίφωνος, ἀνερχομένου παρὰ τοῦ Νικομηδείας καὶ τοῦ Μιτυλήνης πρὸς τὴν ἱερὰν σύνοδον.*

Ἰωάννης ο Γλυκός ἔτη δ'. Nimirum, Joannes Glycys annis quatuor. Pulso e sede Niphone anno Christi 1315, et uno anno interjecto in ejus locum, suscitatur Joannes Glycys logotheta cursus publici, qui uxorem filiosque et filias habebat; sed ejus uxor statim monasticum habitum induit; et e vero, quod certis anni intervallis articulorum doloribus afflicteretur, ipso indui non potuit; nam de medicorum sententia caribus ei vescendum erat, ut scribit Gregoras, lib. VII, cap. 11, ubi hujus patriarchæ virtutes ac in literis peritiam (1) pluribus prædicat idem scriptor; qui etiam ibidem testatur, se usum fuisse Joannis consuetudine ad stylum expoliendum. Huic patriarchæ annos quatuor assignat et Gregoras lib. VIII, cap. 2, ubi ait Joannem, quod ejus morbus ingravesceret, abdicata dignitate, quarto anno patriarchatus, in Cypriotissæ monasterium se contulisse. Quod quidem accidit anno Christi 1320. Vide ibidem patriarchæ hujus testamentum, quod Gregoras ab eo tum accessitus conscripserat. Verum, ut optime monet doctissimus Boivinius in Notis ad Gregoram, non ibi Testamentum ipsum patriarchæ, sed Testamenti præmium protul Gregoras, cujus sese auctorem

(1) E. us librum de vera Syntaxi ratione edidit Jahnus Bernæ 1819, 8°.

manifestum prodit. Exstant, inquit idem Boivinus, in codice Regio 3229, opuscula duo, ejusdem ferme et argumenti et atyli; quorum primum inscribitur, Τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος ἡ πατριάρχης τοῦ πατριάρχου, alterum, Τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου ὑπομνηστικὸν εἰς τὴν βασιλεῖα τὸν ἄγιον.

Γεράσιμος ἔτος α'. Gerasimus anno uno. Joanni successit Gerasinus, sacerdos monachus e monasterio Manganorum, anno Christi 1320. Hic, ut scribit Gregoras, lib. viii, cap. 2, erat vir simplici ingenio, et præ senio surdaster, litterarumque Græcarum omnino expertus. Tales enim ab imperatoribus eligi consuevisse, ut dicto audientes eis sint, et nulla in re ipsis refragentur, tanquam mancipia, tradit idem scriptor laudato loco; et Georgius Phranzes ait, eum fuisse moribus nauci atque inutilem, et præfuisse Ecclesiæ Constantinopolitanæ exiguum tempus, eamque haud sponte dimississe. Gregoras Gerasimi mortem accidisse scribit pridie quam Andronicus nepos urbem deseruerat; quæ quidem fuga Andronici contigit die vicesima mensis Aprilis anni 6229, Christi 1321, ut tradit idem scriptor. Igitur mors Gerasimi accidit ipso die Paschatis, quod illo anno incidebat in diem 19 Aprilis. Cantacuzenus vero Gerasimum obiisse refert ea ipsa nocte, qua Andronicus nepos urbem deseruerat.

Ἡρατὰς. . . . Gerasimo fati functo die 19 mensis Aprilis anni Christi 1321, ut paulo superius monuimus, sedes Constantinopolitana tribus ferme annis vacavit; denique Esaias monachus ex monte Atho septuagenario major, nulla sacerdotali dignitate præditus, idemque adeo imperitus ut nec prima quidem litterarum elementa perfecte posset conjungere, in urbem venit; eumque imperator ob nimiam morum simplicitatem in patriarchalem sedem tum temporis vacantem imposuit: quamvis multa crimina libere illi objecta et passim testata fuissent, propter quæ olim sæpe exclusus omni sacerdotum ordinum gradu fuerat, ut scribit Gregoras lib. viii, cap. 12. Renuntiatus autem fuit Esaias prid. Kal. Decemb. indictione septima, hoc est, anno Christi 1323, ut scribit Dorotheus in Synopsi. Perperam igitur Spondanus hoc factum ait anno 1322. Moritur autem Esaias, ut scribit Gregoras, et ut ex iis quæ mox dicturi sumus, patebit, anno Christi 1333, cum sedisset decem ferme annis.

Ἰωάννης ὁ Ἀπρηγός. . . . Moruo Esaiâ anno Christi 1335, ut paulo superius diximus, in ejus locum sufficitur hoc ipso anno Joannes Apris oriundus, Calceas cognomine. Huic anni quatuordecim assignantur in codice Regio 3058, folio 98, ubi legitur, Ἰωάννης ἑνδοξὸς καὶ σοφὸς ἴσαν ὁ Καλέκας ἔτη ιδ'. His consona habet Gregoras qui lib. xvi, cap. 4, ait, Joannem annis circiter quatuordecim patriarcham fuisse: καὶ πρῶτον μὲν ἐκεῖθεν τὸν πατριάρχην ἐκβεβληκῶς Ἰωάννην, ἐν τοῖς Βυζαντινοῦ ὀρχείοις δέσμιον ἐπατόμῳ φρουρεῖσθαι, ἵνα μὴ τοῖς ἐκείναις νεωτερισμοῖς συναράμενος καὶ αὐτὸς μεγίστης καὶ δυσεφιάτου τοῖς δημόσιος γένηται πράγματι βλάβος αἰτίας. Ὅς καὶ μικρὸν ἐπιβιούς, ἐνταυθα ἐτελεύτησε, πέντε καὶ ἐξήκοντα γεγονώς ἔγγυς ἔτη πατριάρχουσας μὲν περί που τὰ τεσσαρακάδεκα, ζήσας δὲ μετὰ τὴν καθάρσειν μῆνας ἕξκα. Hinc autem ille ante omnia Joannem patriarcham eiecit; ei Byzantium, ut in palatio vinculus custodiretur, misit; ne et ipse favens novis rebus, quæ illic ciebantur, maximum et intolerandum reipublicæ detrimentum afferret. At hic, non longum ex eo in vita commoratus, ibi decessit, quinque ferme et sexaginta annos natus, quatuordecim circiter patriarchica dignitate potius, et decimo post exaugurationem mense mortuus. Depositus fuit Joannes meunte anno Christi 1347, ut tradunt Gregoras et Cantacuzenus: oportet itaque, ut scribit Boivinus in Notis ad Gregoram, Joannem creatum esse patriarcham anno Christi 1333, non vero anno 1331

ut videtur tradere Cantacuzenus; nam præterquam quod ab anno 1333 ad annum 1347 anni numerentur quatuordecim, quibus eum sedisse supra demonstravimus, Gregoras et Cantacuzenus hujus depositionem in annum 1347 expresse conferunt. Hinc corrigendus est Spondanus qui hujus depositionem in annum Christi 1345 confert.

Ἰσίδωρος ἔτη β', μῆνας ζ'. ἡμέρας ιε'. Pulso e sede Joanne Calceâ anno Christi 1347, in ejus locum hoc ipso anno substituitur Isidorus: qui, ut scribit Gregoras lib. xv, cap. 10, antehac Menembasiæ electus fuerat episcopus, mox novorum Palamæ errorum cum et ipse convictus fuisset, dejectus dignitate fuerat, et a sacra communione segregatus. Eodem nunc patriarchatum obtinente, scissum estatim Ecclesiæ corpus. Sic Gregoras. Vide tomum Ignatii patriarchæ Antiocheni contra hunc Isidorum scriptum, qui tomus habetur apud Allatum (*De libris ecclesiasticis Græc. dissert. 2*), Novembri mense promulgatus, indict. 13, hoc est anno Christi 1344 exeunte. Vide item Orationem Palamæ adversus Joannem Calceam patriarcham scriptam, in qua ipse suam et Isidori causam pluribus agit. Hæc habetur edita Græce tantum ex codice Regio in notis ad Gregoram. Mors autem Isidori refertur a Gregora lib. xviii, cap. 1, quæ quidem accidit anno Christi 1349 exeunte.

Καλλιστος ἔτη ιβ'. Callistus annis duodecim. Callistus monachus ex monte Atho, unus ex Palamæ amicis, in patriarcham eligitur anno Christi 1350, ut scribit Gregoras lib. xviii, cap. 1, ubi hujus patriarchæ ingenium ac mores pluribus describuntur. Hic patriarchatum adeptus synodum celebravit, in qua Palamas orthodoxus declaratus fuit: eam Comheffisus edidit parte secunda Auctarii novissimi. Hic dum legatione fungeretur apud Crætanam pro societate contra Barbaros in Thracia, moritur, ut scribit Cantacuzenus, lib. iv, cap. 50, cujus quidem mors accidit sub finem anni Christi 1362, quod patet non solum ex eo quod huic patriarchæ anni duodecim assignantur, verum etiam ex iis quæ de successoribus infra dicturi sumus. Cæterum monere hic necessarium esse duximus Callistum patriarcham quod negaret Mathæum imperatorem designandum, ut scribit Cantacuzenus, e throno dejectum fuisse, et in ejus locum suffectum fuisse Philotheum, de quo infra dicemus. Tum Callistum Galatam, inde Tenedum ad Palæologum confugisse, ait laudatus scriptor. Hoc autem accidit circa annum quartum ejus patriarchatus, Christi 1354. Verum postmodum Joanne Cantacuzeno monastico habitu induto, et Palæologo Constantinopolim reverso anno 1355, initio anni sequentis patriarcha Callistus Tenedo reversus, ut scribit Cantacuzenus, ecclesiasticam potestatem recepit, cum contradicere nemo auderet: quin nec ipse episcoporum de restitutione sua suffragium expetebat. Sed indignissime non a Cantacuzeno solum, verum etiam ab episcopis violatum se arbitratur, suo sibi suffragio reditorem confirmans, injuriæ auctores ad pœnam deposebat. Sic de eo tradit idem scriptor.

Φιλόθεος ἔτη ιγ', μῆνας ζ'. Philotheus annis tredecim, mensibus sex. Philotheus et ipse Palamita Heracleæ episcopus, ut supra diximus, anno Christi 1354 renuntiatus fuit patriarcha in locum dejecti e sede Callisti, verum post biennium circiter sedis hujus, rursus Callistus non episcoporum suffragio, a quibus deturbatus fuit, sed propria auctoritate in sedem, a qua injuste dejectum se credebat, rediit, ut scribit Cantacuzenus. Et hi duo anni, quibus prima vice cœxerat Ecclesiam Constantinopolitanam Philotheus, ab auctore hujus catalogi non recensentur; fortassis quod tum Callisto legitimo patriarcha vivente, intrusi potius patriarchæ quam legitimi nomen mereretur; sed ut res habeat, Philotheus, mortuo Callisto sub finem anni

Christi 1362, uti supra monuimus, in ejus locum A sufficitur, seu potius in sedem restituitur, ut scribit Cantacuzenus lib. iv, cap. 50, quod quidem factum est initio anni sequentis. Moritur vero Philotheus anno Christi 1376, cum sedisset annis tredecim et sex mensibus post Callistum. Hujus autem patriarchæ qui Palamiticæ factionis erat, plura supersunt scripta, et imprimis Antirrhethici pro defensione tomæ Palamitici, quibus mortuum Gregoram refutare, Cantacuzeno hortante, conatus est. Habentur autem hi Antirrhethici contra Nicephorum Gregoram in bibliotheca Regis Christianissimi mss. et a doctissimo Joanne Boivinio passim laudantur in Notis ad Gregoram: iidem etiam asservantur mss. in bibliotheca Vaticana, necnon in bibliotheca Regis catholici. In bibliotheca vero serenissimi Bavaricæ ducis, et in bibliotheca Regis catholici habentur ejusdem patriarchæ homiliæ mss. in Evangelia et Dominicæ totius anni, et aliæ ex sancto Joanne Chrysostomo potissimum desumptæ. Item Philothei patriarchæ Anathematismorum sub Constantino Porphyrogenito, et duobus aliis imperatoribus latorem, everso seu confutato habetur mss. in bibliotheca Vaticana. Hujus autem patriarchæ *Sermo encomiasticus* in tres Hierarchas, nimirum sanctum Basilium, Gregorium Theologum, et sanctum Joannem Chrysostomum Latine et Græcè editus fuit a Jacobo Pontano societatis Jesu, cum Dioptra Philippi solitarii, Ingolstadtii anno Christi 1604. Hujus item *Humiliam de cruce* Græcè et Latine edidit Jacobus Gretserus tom II operis *De cruce*. Vide quæ de aliis ejusdem patriarchæ Philothei scriptis tam editis quam ineditis habent Possevinus, Udinus ac reliqui scriptores. Cæterum de Philotheo patriarcha pleraque perhonorifice scripta reperiantur apud Cantacuzenum; cui quidem hæc in re nulla fides adhibenda est.

Μακάριος, ἔτη β', μῆνας ζ', ἡμέρας ιε'. Macarius annis duobus, mensibus septem, diebus quindecim. Philotheo satis functo anno Christi 1376, in ejus C locum substituitur Macarius hoc ipso anno. Hic cum sedisset annis duobus, mensibus septem, et diebus quindecim, obiit anno 1379.

Νεῖλος ἔτη η'. Nilus annis octo. Nilus successit Macario initio anni Christi 1380. Hic cum sedisset annis octo, obiit anno 1388 ineunte, uti ex iis quæ infra dicturi sumus de ejus successoribus facile patebit. Perperam igitur hujus mortem confert Spondanus in annum Christi 1598, et male hunc annos viginti attribuit idem scriptor; sed longum omnino foret hujus scriptoris ac cæterorum, qui de patriarchis CP. scripsere, singula errata hic recensere, uti in Praefatione monemus.

Ἀντώνιος ἔτη η'. Antonius annis octo. Mortuo Nilo anno Christi 1388 ineunte, uti paulo superius diximus, in ejus locum sufficitur Antonius hoc ipso anno; qui cum sedisset annis octo, ut habetur in hoc catalogo, ejus mors necessario contigit anno Christi 1396. Quod quidem magis patet ex iis quæ de annis Euthymii ac Josephi patriarcharum infra ex Georgio Phranza dicturi sumus. Perperam igitur hujus patriarchæ mors in annum Christi 1406 ab Onuphrio confertur.

Κάλλιστος μῆνας γ'. Callistus mensibus tribus. Callistus successit Antonio anno Christi 1396, qui cum sedisset mensibus tribus, obiit sub finem hujusce anni. Perperam Onuphrius Callisto hunc secundo annos tredecim assignat; nam ipse non nisi mensibus tribus sedit; Matthæus vero ejus successor annis tredecim, ut habetur in hoc catalogo Græco, cui potior fides habenda est, quam Onuphrio.

Ματθαῖος ἔτη ιγ'. Matthæus annis tredecim. Callisto satis functo sub finem anni Christi 1396, anno sequenti in ejus locum substituitur Matthæus. Hic cum sedisset annis tredecim, obiit anno Christi 1410. Vide quæ de illo habent scriptores illius ævi.

Εὐθύμιος ἔτη ε', μῆνας ε'. Euthymius annis quinque, mensibus quinque. Euthymius successit Matthæo anno Christi 1410, qui cum sedisset annis quinque, mensibus quinque, obiit anno Christi 1416, quo etiam anno ejus mors consignatur a Georgio Phranza; qui sic habet: *Anno mundi 6924, Domini autem 1416, imperator Constantinopolim rediit, et cum eo procerum ordo universus. Quo mense post ejus adventum excessit e vivis patriarcha Euthymius.* Perperam itaque Onuphrius Euthymii patriarchatus initium in annum Christi 1419 confert, ut etiam ex dicendis constabit.

Ἰωσήφ. Joseph Ephesi metropolitæ renuntiatus fuit patriarcha Constantinopolitani die vicesima prima mensis Maii anni Christi 1416, ut scribit Phranzes. Sic etiam Syropolus sect. 2, cap. 4, qui ipso die festo Constantini Magni, indictione nona, Josephum inauguratum fuisse scribit; Constantini Magni et Helenæ festum agunt Græci die vicesima prima mensis Maii. Hæc Syropolus: *Τῶν δὲ ἀρχιερέων ψηφισάντων κατὰ τὸ ἔθος τρία πρόσωπα, παρόντος καὶ τοῦ Μηδέας, οὐ γὰρ παρῆν ἐν τοῖς προγενομένοις, ἐκλέγεται ὁ βασιλεὺς τὴν Ἐφέσου κῦρον Ἰωσήφ, καὶ εἰς πατριάρχην προβάλλεται.* "Ὅς καὶ εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἀναχθεὶς κατ' αὐτὴν τὴν ἑορτάσιμον ἡμέραν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τὴν κατὰ τὴν ἐνάτην νέμεσιν τὴν θέλει ἐτελεσε μυσταγωγίαν, καὶ τῷ τῆς ἀγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας ἱερῷ ἐνεθρονίσθη συνθρόνῳ. Quæ sic verto. *Ad electionem patriarchæ cum præsulibus inter se suffragati, ut moris erat, tria nomina imperatori proposuissent, præserte etiam Mediensi, qui antea in synodo non interfuit, imperator Ephesi præsulenti dominum Josephum eligit, ac patriarcham renuntiat. Qui confestim deductus in patriarchium, ipso die festo Constantini Magni, indictione nona, divini cultus officium celebravit, et in Magna Ecclesia collocatus est, in throno inaugurandis patriarchis destinato.* Moritur autem Joseph Florentiæ, ubi cum imperatore concilii causa reperiebatur, vespere diei 9 Junii anni Christi 1439, cum sedisset annis viginti tribus, diebus decem et octo circiter. Sepelitur Florentiæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ Novæ nuncupata, FF. Prædicatorum; ad ejus sepulcrum legitur sequens Epitaphium; opus, ut aiunt, Maffei Vergii illius ævi poetæ Laudensis non ignobilis. Et sic habet:

*Ecclesiæ antistes fueram qui magnus Eow,
Hic jaceo magnus religione Joseph.
Hoc unum optabam miro inflammatus amore,
Unus ut Europæ cultus, et una fides.
Italiam petii, sedus percussimus unum;
Junctaque Romanæ est, me duce, Graia fides.
Nec mora, decubui: nunc me Florentia servat,
Quæ tunc concilium floruit urbe sacrum,
Felix, qui tanto donarer munere vivens;
Qui morerer voti compos et ipse mei.*

De hoc Josepho patriarcha CP. qui concilio Florentino una cum imperatore interfuit, multa scriptores; nobis tamen hæc sufficit dixisse. Cæterum in hoc patriarcha Josepho desinit catalogus patriarcharum Constantinopolitanorum a R. P. Labbeo editus ex codice Claromontano in *Apparatu Historia Byzantina*: ubi perperam subjungit Labbeus sic: « Josephus ille Florentiæ in concilio generali obiit: cui Græci subrogarunt Constantinopoli Gregorium quendam cognomine Mammas, invitum et renitentem, qui expugnationem urbis paulo post futuram prædicens, se munere abdicavit: Phranzes Meissenum vocat, et diem Julii 26, anni 1445, ejus electionem assignat. » Fallitur, inquam, Labbeus hæc ex Phranza scribens; nam idem scriptor diversa omnino tradit, ut facile cuilibet patebit ex iis quæ dicturi sumus de Josephi successoribus ad captam usque a Turcis Constantinopolim; cum animus sit ad illud usque tempus seriem patriarcharum hic ex Phranza proponere. Sic igitur.

Mortuo Josepho patriarcha vespere diei 9 Junii anni Christi 1439, uti paulo superius demonstravimus, in ejus locum sufficitur a synodo et imperatore Bessarion Nicææ episcopus, hoc ipso anno. Verum hunc, ut scribit Phranza, postea propter perturbationes rerum et scandala, nescio quæ, Constantinopolim non venientem, sed Romæ hærentem, princeps archiepiscopus (*papa Romanus*), cum pensionibus liberalissimis ad numerum et ordinem cardinalium ascripsit. Quenam autem fuerint perturbationes illæ ac scandala, propter quæ Bessarion renuntiatus patriarcha Constantinopolim non adiit, licet ea sileat Phranzes, satis ex anonymo Crusiano cognoscimus; dum scribit pag. 4. imperatore Constantinopolim reverso, eos qui ibi remanserant clericos, monachos, ac cæteros recessisse cum iis, qui ex Italia redierant sacra celebrare, aut in precibus memoriam eorum facere; sed ab eis recessisse, tanquam qui pietatem abjecissent; magnamque inde divisionem concecutam esse: *Οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει: κληρικοὶ, ἱερομόναχοι, ἱερεῖς, ἡγούμενοι, πνευματικοὶ, καὶ οἱ λοιποὶ, οὐκ ἤθελον συλλειτουργῆσαι τοῖς ἔλθοῦσιν, ἢ κηρυχθεῖσαι αὐτοῖς: ἀλλ' ἐχωρίζοντο αὐτῶν, ὡς ἄσεβῶν, εἰπεῖν. Πολλοὶ δὲ παρητήσαντο καὶ τὴν ἱερουσύνην καὶ γέγονεν ἡ ἔνωσις διαίρεσις. Qui vero in urbe debebant clerici, hieromonachi, sacerdotes, abbates, confessionibus audiendis præpositi (pneumatici dicti ac cæteri: ii nolebant liturgias et sacra cum illis, qui venerant, celebrare; aut in precibus mentionem ipsorum facere; sed ab eis recedebant, tanquam qui pietatem (ut ita dicam) abjecissent. Multi sacerdotio etiam renuntiaverunt. Denique unitatem divisio, concordiam discordia, consecuta est.* Sed perperam ibi subjungit laudatus scriptor anonymus, ad hunc modum jactato Ecclesie statu, cum patriarcha Josepho illic mortuo nullus esset; nemo etiam propter rerum confusionem se ad honorem patriarchatus promoveri pateretur; Bessarione enim Nicæno et Isidoro Russie antistite Romæ remanentibus: demum Gregorium quemdam cognomine Mamiani Pneumaticum, vite sanctimonia præstantem, arreptum, patriarcham factum esse invitum: sed cum, cum serpere in dies longius dissidium cerneret, eo se munere abdicasse, prænuntiato perius imperii interitu, et urbis expugnatione. Perperam inquam isthæc Anonymus Crusianus; nam Georgio Phranze de rebus sui temporis scribenti potior fides habenda: hic enim scriptor tradit, mortuo Florentiæ Josepho, in ejus locum, uti paulo superius diximus, subiectum fuisse a synodo et imperatore Bessarionem; verum cum Bessario propter rerum perturbationes ac scandala Constantinopolim non venisset, sed Romæ hæreret, in patriarcham electum fuisse Metrophanem. Sic cum Phranza; verum quod idem scribit de electione Bessarionis in patriarcham post Josephum Florentiæ factum, pugnare omnino videtur cum Actis concilii Florentini; quippe cum Eugenius papa a Græcis petisset ut in locum Josephi defuncti patriarcham alium ordinarent, ante suum Florentia discessum, responderunt id fieri nequaquam posse: sed nec imperatorem quidpiam monturum adversus priscam consuetudinem, qua patriarcham a totius ditioris ejus episcopis eligi oportebat, ac in magno sancti Sophiæ templo consecrari: *Πατριάρχης ἐνταῦθα οὐ γένησεται, ὅτι: ἔχομεν οὐκ ἔτι ἐν τῷ Κωνσταντινουπόλει ὑπὸ πάσης τῆς ἐπαρχίας ἡμῶν ψυχισθῆναι, καὶ ἐν τῷ καθολικῷ ἡμῶν κατὰ χειροτονηθῆναι. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ἄλλως ποῦς οὐ ποιήσει, εἰδὼς τὴν συνίθειαν τῆς Ἐκκλησίας ἡμῶν.* Sed de h. c. Bessarionis electione pluribus agit Allatius *De Ecclesiæ Occid. et Oriental. perpetua consensione* lib. III, cap. 3, ubi sic habet: *His nihilominus non obstantibus, imperator cæterisque, qui unionem propugnabant, patriarcham etiam Bessarionem, si nos non fallit auctor, qui*

lingua Græcorum communi narrationem de synodo Florentina conscripsit; sed, cum sui dicti testium afferat Georgium Phranzam, hoc eodem dicturum suum destruit. Phranza enim lib. II, cap. 17 ait, Bessarionem ab imperatore et synodo Florentiæ, post defunctum Josephum patriarcham creatum, qui cum aliis Græcis Constantinopolim non redierat, sed in Italia mansit. Non potuit ergo hoc auctore Bessario Byzantii patriarcha eligi a Græcis, qui Byzantii nullus erat; nisi velimus dicere, absentem electum fuisse; quod plane ridiculum videri poterit consideranti, quæ acta sunt Florentiæ pro electione novi patriarchæ post fato functum Josephum. Græci enim, licet enixe instaret summus pontifex, noluerunt patriarcham eligere, quod non esset moris eum eligere extra Constantinopolim. Et cum Phranza dicat, electum ab imperatore et synodo post defunctum Josephum, videtur, ni me fallunt conjecturæ, illius electionem ponere in Italia; quod Acta synodi omnino non tacuisse. Et falsum est, Bessarionem post concilium in Græciam non rediisse, cum id ipse asserat, epistola ad Alexium: *Μετὰ τὴν γενομένην ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὴν εἰς Κωνσταντινουπόλιν ἡμῶν ἐπάνοδον. Post celebratum sacrum concilium, et nostrum in urbem Constantinopolin reditum, quod per breve tempus fuisse, certum est. Et forte tum præsens electus fuit, et noluit acceptare. Hoc tamen verbis Phranzæ non videtur respondere. Et quamvis idem Bessarion dicat in eadem epistola, inter Græcos se summos habuisse honores, non est intelligendus de patriarchatu, sed de iis honoribus, quibus ante synodum in ipsa Græcia fuerat ornatus, inter quos patriarchatus locum non habet. Quare non male opinantur illi, qui asserunt, cum titularem patriarcham Constantinopolitanam fuisse, quales post captam a Latinis Constantinopolim Romani pontifices nominabant, quemadmodum et aliarum patriarchalium sedium, idque nobis insinuare conatur Dorotheus Monembasiensis in Synopsi historiarum. Vide et alia quæ de Bessario scribit idem Allatius paulo superius citato loco. Cæterum ut Phranzæ seriem persequamur.*

Metrophanes ex metropolita Cyziceno Constantinopolitanus patriarcha renuntiatur vere anni Christi 1440, post imperatoris Constantinopolim adventum; sed quanto tempore Metrophanes in patriarchatu vixerit Phranzæ non aperit. Metrophanes autem hic, ut ait Allatius loco superius a nobis citato, sextus ordine in synodo subscripserat: qui cum in sede collocatus esset, uti par erat, dissidentium machinas sedare conatur, turbulentos in officio continere, de contumacibus quoque pœnas sumere, quos, episcopatibus pulsos, exsilio multavit, et probos ac pios et morigeros in eorum loca, ut unio propagaretur, restituit. Dum reliqui patriarchæ reclamarent, neque remissis spiritibus arrogantiam sedarent, ex eorum etiam diœcesibus male feriatos eiecit, aliosque sibi audientes supponit: quod puto abs, ne summi pontificis permissione hominem, Ecclesiæ Romanæ reverentissimum, nunquam ausum fuisse. Id reliqui patriarchæ ægre ferentes, Philotheus Alexandrinus, Dorotheus Antiochenus, et Joachimus Hierosolymitanus, licet synodo per legatos subscripserint, ira perciti, ac furorē præcipites, coacta synodo, Metrophanem et episcopos ab eo creatos, conviciis onerant, anathemati subjiciunt, et reliquos Christi fideles ab eorum obedientia avertunt. Tandem Joanni imperatori scribunt, hortanturque ut resipiscat; si minus, excommunicationem minantur. Ut curam Metrophanis, et imperatoris studium in propaganda unione, et aliorum patriarcharum in convellenda, videas, non abs te fuerit, litteras synodales, non cu quoque obvias, hic inserere, inquit Allatius. Littera synodalis contra Metrophanem est: *Ἰὼν πατριάρχων τῆς Συρίας. Ἐπειδὴ ἦκε καὶ ὁ πανιερωτάτος μητρο-*

πολίτης ένταυθα τής αγιωτάτης μητροπόλεω; Κα-
 σαρολα: Καππαδοκίας ό και πρωτοθρόνός τε, και
 έξαρχος πάσης Ανατολής άμα μέν προσηκυνήσαι τήν
 πάνσεπτον και θεϊον του Κυρίου ήμιον Ήσου Χρι-
 στου τάφον, και τους Ιερους: έν Ιεροσολύμοις ιστο-
 ρήσαι τότους ους τά παρόδοξά έτελέσθησαν τής
 Χριστού οικονομίας: μυστήρια, άμα δέ κοινώσασθαι
 πόθ: ήμās, και τό τής όρθοδοξίας και ευσεβείας
 Χριστιανών μέγα μυστήριον, και δηλοποιήσαι τά έν
 Κωνσταντινουπόλει σκάνδαλα πάντα διά τήν συνα-
 θροισθεισαν έν Φίωρεντιζ τή προς Ιταλίαν μιανήν
 σύνοδον, και τά τών Λατινών συν τώ Εγγενίω πά-
 τρι δοξάσασαν άπερ ουκ έξεσται, τινά προσθήκη
 δηλοδή έν τώ τής πίστεως ήμιών θεϊω και άμωμη-
 τω συμβόλω υπογράψασαν, και πισθεύειαν ως και
 έ: του Γίσι το θεϊον έκπορεύεται Πνεύμα, τά τε
 άζυμα συγγνωσθασαν προς ήμά: θύεσθαι, και μνη-
 μονεύειν διά τουτο τήν πάππαν: έτι τε τά άλλα όσα
 παρή κανόνας άθεσμαι έκείνων συγκαταθεθεισαν,
 και στέργεσαν: και όπως ό Κυρίου μητροφόνος
 ληστρικώς: τόν τής Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ήρ-
 πασε, συναινήσασαν τοις τε αίρετικώ, και τώ ειρ-
 ρημέω πάππα, και βικαρίω τών Ρωμαίων Παλιολό-
 γω τώ Λατινόφρονι, τους μέν πιστούς τε και
 όρθοδόξους άπειλούντι, διόκοντι, κυραννούσιν, και
 έπιτιμώσιν, τους δ' όπίστους και κακοδόξους προσ-
 κολουόντι, τιμώσιν, και αναδιβίζουσι, ως τής έαυ-
 του αίρέσεως σύμφορας, και υπερεκπερισσοτου μά-
 λιστα προσκοιουμένου τουτου: και ά αντιπάθειαν τής
 όρθοδοξίας και ευσεβείας, ως έν τουτου του τρόπου,
 και μητροπολιδια βέθηλα, και μιαν άπισκοπιδια
 πανταχού εις τους θεϊους τής αγίας μεγάλης Έκ-
 κλησίας Κωνσταντινουπόλει: προτρέψας, ως υπό
 τής έαυτου τάχα ένορίας υποκειμένους: έδειξαν
 όπως: ό ειρημένος πανιερωτάτος μητροπολίτης κύ-
 ριο: Αρτέμιος τής αγιωτάτης μητροπόλεως: μεγάλης
 Καισαρείας Καππαδοκίας πρωτοθρόνός τε και έξαρ-
 χος πάσης Ανατολής, ως ό μόνον προς: τάς άλλας
 εκκλησίας ό μητροφόνος πατριάρχης: τάς παραινέ-
 μους χειροτονίας προτρέψας Λατινοφρόνους, άλλ' ή-
 δη και προς τάς τής επαρχίας τής Ανατολής πάσης
 τέσσαρα ό χειροτονήτος χειροτονήχε μητροπολι-
 δια, και επισκοπιδια, προς: τήν Αμυσίαν δηλονό-
 τι, Νεοκαισάρειαν τε, Τύανα, και Μαχησσόν τά
 τών Λατινών πάντα φρονούντα, και πράττοντα. "Α
 και ό μόνον έντεθεν τήν έαυτων ανεχόμενα φθο-
 ρήν και άπώλειαν, αλλά γε μετά τήν τοσαύτην τόλ-
 μαν, και τους υπό τήν του Χριστου ποιήμην άπαντας
 έκειτε Χριστιανούς ουτως άπαύσαντα, και διαφθει-
 ροντα, και πολλά τή όρθοδόξω Έκκλησία σκάνδαλα
 προσενόντα. Διά τουτο ό ευσεβής και πιστότατος,
 και τής όρθοδοξίας πάσης υπέρμαχος: τε και ζήλω-
 τής ουτος ό ειρημένος: μητροπολίτης Καισαρείας
 Καππαδοκίας μη ανεχόμενος τήν τής Έκκλησίας
 Χριστου καινονομίαν και λήμην των έτεροδόξων
 προς: τήν όρθοτάτην και υγιεινουσαν ήμίν πίστιν,
 ήξίωσε συνοδικήν λαβειν γνώμην παρ ήμιών των
 τριών όρθοδόξων αρχιερέων των έν τή Συρία, του
 τε δηλονότι Φιλθέου Αλεξανδρείας, Δωροθέου Α-
 ντιοχείας, και Ιωακείμ Ιεροσολύμων, όπως άποσο-
 δήση του: μη όρθώς φρονούντας: εκ πάσης τής επαρχ-
 ίας αυτου, και ώ, ότι προσηκόντερος: ουτος και
 όρθόδοξος. Ένθεν τι και όρίζομεν ήμεις: συνοδικώς
 όμω έν τώ όνόματι τής όμοουσίου ζωαρχικής τε
 και άδιαιρέτου αγίας Τριάδος, τους μη δι' αρ:τήν και
 ευσέβειαν χειροτονήθειας μητροπολίτας τε και
 επισκόπους πανταχού, και προσέτι ήγουμένους
 όμου και πνευματικούς τάχα, ωσαύτως τε Ιερείς
 και διακόνους, και πάσης εκκλησιαστικής άπλώ:
 ψήφου, άλλως βουλήτους έντας, και αναίτους, τόν
 οε τής αίρέσεως και διωγμού τής όρθοδοξίας δρα-
 ξιμένους καιρών, και δραμόντα, αναξίως, κανονό-
 ξια: μόνης και αίρέσεως τρόπω προς: επισκοπά: τε
 και μητροπόλεις, ως ήθεν ταχα σωτήρας ψυχών,
 ένα συν αυτου άλλους φθειρωσαι και τώ του Χριστου
 του αληθινού Θεου ήμιον άπαν όρθόδοξον πο:μνιον,
 μηδ' ό ως φόβου Θεου, και οικουμένη, και ευσεβείας:

Α κακημένους καρπών, αλλά καταφρονητός, και ανα-
 δει: έντας προς: ευσέβειαν πάζαν, τουτέστιν όρίζο-
 μεν άπλ τής σήμεραν άρχους και άνιέρους: είναι
 πάσης Ιεροπραξίας και εκκλησιαστικής καταστά-
 σεως, άχρις αν έξετατθ ή ευσέβεια ρουινώς τε και
 οικουμενικώς. Ούτω μέν ούν καταπεισθέντες έστω-
 σαν άργοι και άνιέροί. Άνταίροντες: δέ και άνθι-
 στάμενοι ληστρικώς τε και παρανόμως: έστωσαν
 άφωρισμένοι, και ήλλωτριωμένοι τής αγίας και
 ύπερουσιου και όμοουσίου Τριάδος, ως άπειθείς και
 άντίλογοι. Ασχύτως: δέ και οι τουτοις δεχόμενοι,
 και συναινούντες έν τοι: τοιούτοις, και υπερασπι-
 ζοντες. Αποκαθιστώμεν δ' όπως κήρυκα τής ευσέ-
 βείας και όρθοδοξίας τόν άνωθεν ειρημένον πανιε-
 ρώτατον μητροπολίτην, τόν και υπέρτιμον, και έξ-
 αρχον πάσης Ανατολής, κηρύξει πανταχού τήν ευσέ-
 βειαν, μη αιδουμένων προς: άλλθθειαν πρόσωπον
 βικαλέως, ή πατριάρχου του μη όρθώς φρονούντος,
 και πράττοντος, μηδε πλουσιου, και άρχοντος άν-
 θρώπου: αλλά παρήρσει τήν πίστιν και όρθοδόξιαν
 κατέχοντα άφώδως και άδιστακτως, κατ' τήν έντο-
 λην, έχειν αυτον άδειαν άπλ του νυν ένεκαν ευσέ-
 βείας έλέγξει, έπιτιμήσει, και διορθώσει: τους μη
 όρθώς φρονούντας έν παντι τόπω, έφ' όσον αν
 ισχύη οδεύειν, παρ' ήμιών αυτων ειληφότε τήν συγ-
 γνώμην διά τής δοθείσης ήμίν χείριος και δυνα-
 μειως του αγίου Πνεύματος, δ: και όζειλει κατ' το
 τυπιον τηρσαι άδιωροκήτως τε και όρθώς: τήν
 ευσέβειαν. Ου ένεκεν έπιδόθη αυτω και ή έγγρα-
 φος ήμιών γνώμη συνοδικής άπογραφείσα Ιδιοχίρω:
 έν μηνι Απριλίω του εζμα' έτους τής νυν τρεχούσης
 Ινδικτικωσν έκτης, και άπλ Χριστου έτει, αμωγ'.
 Patriarcham Syriæ. Cum venerit huc per omnia
 sanctissimus metropolitæ sanctissimæ metropolis Cæ-
 sareæ Cappadociæ, qui protothronus est, exarchusque
 totius Orientis, tum ut apprime venerandum divi-
 numque Domini nostri Jesu Christi sepulcrum adora-
 ret, sacraque que Hierosolymis sunt loca, in quibus
 maxime admiranda Christi dispensationis mysteria
 perfecta sunt, visitaret; tum ut una nobiscum recte
 fidei ac pietatis ingens arcanum communicaret, man-
 nifestaretque scandala omnia Constantinopoli exorta
 propter execrandam synodum, que apud Florentiam
 Italiæ urbem coacta est, et Latinorum cum papa
 Eugenio, quod non licebat, dogmata approbavit, et
 additionem quamdam in fidei nostre sacro inculpa-
 toque Symbolo subscripsit, suasitque ex Filio divinum
 Spiritum procedere, concessitque azyma apud nos
 quoque in sacrificium offerre, et propterea comme-
 morationem papæ facere; præterea alia multa
 illorum præter præscripta canonum illicita accepit et
 amplexata est: et quomodo matricida Metrophanes
 Cyzicenus, more prædonum Constantinopolitanam
 sedem invasit, que assensum præbuit hæreticis, et
 jam dicto papæ et imperatori Græcorum Palæologo,
 cum Latinis sentienti, fideles et sanæ fidei sectatores
 non absque nimis persequenti, veluti tyranno oppri-
 menti et redarguenti; impledes vero, et eos qui pravus
 opinionibus sunt imbuti, accersenti, honoranti, et ad
 dignitates promoventi, tanquam suæ hæreseos asse-
 ctus; et quod magis est, mirum in modum hos eos-
 dem deusculanti propter eam, quam in se præfert
 adversus rectam fidem pietatemque repugnantiam: hinc
 factum est, ut profanos metropolitellos, et exec-
 crandos episcopillos, ubique in divinas et sanctas
 sedes sanctæ magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ,
 tanquam suæ diocesi instruxerit. Dicitur sanctissimus
 metropolitæ dominus Arsenius sanctissimæ metropolis
 magnæ Cæsareæ Cappadociæ, necnon protothronus
 et totius Orientis exarchus, ostendit, non solum in
 aliis Ecclesiis matricidam Metrophanem patriar-
 cham contra canones ordinationes iis, qui cum Latinis
 sentiebant, commisisse, sed jam et ad Orientis
 universi dioceses quatuor inordinatum istum ordi-
 nasse metropolitellos et episcopillos, in Amusia
 nempe, Neocæsarea, Tyanis, et Mocesio, Latinorum
 omnia approbantes et exsequenti, qui non solam

inde sibi subsecuturam ruinam atque excidium exspectant. verum quoque post tantum facinus, omnes sub Christi grege ibi degentes Christianos fallunt, corrumpunt, multaque inter eos disseminant, quæ orthodoxæ Ecclesiæ scandala ministrant. Propterea pius, fidelissimus, et sanctæ fidei universæ propugnator zelatorque jam laudatus metropolitæ Casareæ Cappadociæ, a gre ferens Ecclesiæ Christi innovationem et noxam, quæ ab aliena sententiâ in recitissimam sanamque nostram fidem intruduntur, petit sibi exhiberi synodalem a nobis tribus orthodoxis antistitibus, qui in Syria sunt, Philotheo Alexandrino, Dorotheo Antiocheno, et Joachimo Hierosolymitano, sententiam, ut omnes male sentientes ex universa sua diœcesi pellere possit, quod ipse antiquior sit et orthodoxus. Propterea nos, simul synodaltiter convocati, præcipimus in nomine consubstantialis, vivificæ et individuæ sanctæ Trinitatis, metropolitæ atque episcopos propter virtutem et pietatem hand promotos ad hæc, oblates simul et Patres spirituales, si qui fuerint, simul sacerdotes, diaconos, et in quocunque gradu ecclesiastico constitutos, profanos alias et malignos, qui hæresis occasione arrepta, dum recta fides in discrimen adducitur, indignè concurrere, inanis gloriæ et hæresis molulo ad episcopatus et metropolitatus, quasi essent servatores animarum, ut cum se ipsis alius in exitum ducerent, et Christi in Dei nostri universam orthodoxorum gregem, prout timore Dei necnon justitiæ et pietatis fructibus destitutos, quin imo despectores, e ad omnem pietatem inverecundos, hoc est, ab hoc die ita decernentes, spoliamus omni acione sacerdotali, et eccl'e iustico ordine, donec eorundem pietas communiter et universaliter exanimetur. Illi si obelictiunt, ab omni munere sacro cessent; si contra se opponant, et prædonum more, contra ac canones sanciant, adversantur, tanquam contumaces et contradictores, sint excommunicati, et abalienati a sancta et supersubstantiali et consubstantiali Trinitate; similiter et qui eos amplectuntur et in similitudinem assensum præbent et auxilium. Concedimus facultatem, tanquam pietatis orthodoxæque fidei præconi supra laudato sanctissimo metropolitæ, qui hyperturnus est exarchusque totius Orientis, per loca omnia pietatem denuntiando, cum non reveretur ad veritatem astruendam, neque faciem imperatoris, neque patriarchæ, qui non recte sentiat et agat, neque divitis neque principis, sed palam ac libere fidem ac orthodoxiam possit eam, sine ullo metu et hesitatione, secundum præceptum sibi impositum: liceat inaque ipsi, ex hoc tempore, pietatis causa reprehendere, increpare, corripere male sentientes in omni loco, quo potest accedere, data a nobis ipsi venia, propter datum nobis gratiam et potestatem Spiritus sancti; qui debet omnino in his integre atque incorrupte pietatem servare; proptereaque illi tradita est in scriptis nostra sententia plena synodo, et propriis manibus subscripta, in usæ Aprilis 6941 anni, nunc currentis indictionis sextæ, et a Christo anno 1445. Ad imperatorem vero hæc: Krátiste, kai hmerwrate, kai galitrotate moi aubenta, kai basileu, euzas tygaloiomi poiaw pros theon adialhptws, opws tetrhthei sou to kratos apd pantos enantou sunantimatos, kai eis hmeteran pneumatikhn eufrosynhn. Γνωστον εστω τη αγία βασίλειά σου όπως ηεις εοξήμεθα πρώτην, και δευτέραν, και τρίτην γραφήν απο τ.ν παππαν Ευγένιον περι της ένουσεως της Εκκλησίας, ένα στερώνμεν ταύτην απαραίτητως, καθωσπερ εγενετο, και ένα μνημονεύσομεν και τον παππαν. Ιουλιαντα μεν άπιστω, ο παππας Ευγένιος προς ημα γέγραψεν, ουδεν δε παρεδωκεν ημιν, όπως η πράξις εινετο. Έξω δε κατα την υποκαθούσαν γραφήν προς με του αγιωτατου μη του αδελφου κυριου Ιωσηφ του αρχιεπισκοπου Κωνσταντινουπλεως νεας ετωμη, και οικουμενικου πατρ. παρος, νυν έμυσον αληθως, ότι εν Φλωρεντία σου, ουκ εινετο κατα της συμβουλας,

δς εχον προς Ρωμαίους οι Λατίνοι έννομιον και γραμμάτων, κανονικη και δδλαστος, και ελευθερα κατά τας παραδόσεις των αγίων αποστολων και των αγίων επτά και οικουμενικων συνόδων, και των θείων Πατέρων. Άλλά βαδιουργία μιας επινοήσαντες οι Ιταλοι τά: μεν συμβιβάζσεις ήθετησαν, παρέθησαν δε τους έγγραφους αυτών ορκους. εβλασαν δε την αλήθειαν, και τέλος τυραννικω τρόπω τή θεσημα αυτών πάλιν εκύοισαν δόγματα, και ελτι: εν άλλο προς κινούνας εκράτησαν. Τη γερον δε μάλλον, και άσεβεις, ότι μετά των άλλων και την εν τω κοινω της πίστεως συμβόλιον προσήτηκην ου παρετήσαντο, άλλα και έγγραφως προσέδωκαν, ουτ' Ιπσρά πάσιν όμολογησθαι. Διά τουτο άπελογήθη ενώ προς την πάσαν ταυτα, ότι, ει υν στέσης τας παραδόσεις των αγίων οικουμενικων συνόδων, και άπεκυρώσεις, και ει τι κανονικον και νόμιμον ει τον αυτο: θεσι Πατέρες ήθέπισον, ήδη και την εν Φλωρεντία σύνοδον και αυτης στέσης, και τη του πάππα μνημόσυον δέγομαι σωζομένου, ένα την ταυτην όμολογιαν προς ημας έγγραφως στείλη ή επίππας κατα την νόμιμον και όρχαλαν παροδοιαν και συνήθειαν. Χωρίς δε τουτου άλλοτρόπως ουτε την σύνοδον προσάδεγομαι την εν Φλωρεντία ουδ' όμω, ουτε του πάππα μνημόσυον, άλλα και τους εξ ημών συγκαταθεμένους προς τα ταυτα, προς τε την εν Φλωρεντία σύνοδον δηλονότι, και τη του πάππα μνημόσυον χωρίς της υπαινουσης ελετημένης όμολογίας εκείνου, ει μεν του κλήρου ώτων, άρχους αυτους και άνιέρους από του νυν πίστες ιεροπραξίας έχομεν: ει δε της συγκλήτου, άφωρισμένους και άκοινωνήτους κατά τους θεσι κληρικών κανόνας, και μαθητων του Χριστου, και των θείων και οικουμενικων επτά συόδων άποκυρώσεις και παροδοσεις. Ταυτα μεν ημεις προς εκείνον έγράψαμεν. Νυν και προς την σην βασιλειαν γνωρίζομεν τάδε: ότι, ει μεν προσέδραμεν, ως του ημετέρου γένους παντελώς εξησθηνηκός, και διέ τουτο καταναγκαζόμενος παντοιοτρόπως, όπως λήψη ήθετηαν, και τινα σην άλλην οικονομίαν νενήκας, εστε της και προς τα των Λατινων ένεπειας, και της προσθήκην εδέξω κατά ανάγκην, εΙθ' ουτως άποτηρέψαμενος νυν τα εκείνων τερατολογήματα τε και άσεδήματα, και την υπαινουσαν εν τω θείω συμβόλιω παράδοσιν κατά τά: θεια: πάσας Ιραφ: όμο ογει: άδιστάκτως τε, στέργεις, και πείθη, ως οι προς σου άπαντες ευσεβεις αυτοκράτορες βασιεις, ήδη και ημεις ου μόνον τη προσφιλες μνημόσυον της βασιλειας επιτελειν έχομεν, αλλά και διτηνεκη, και άέναν: ηκειαν προς θεον εκπήροον μέλλομεν του σου κράτους εεκα, και: υπερ ψυχής μάστιγας, δι' ών εξιλοούμενοι καθ' εκάστην το θειον συγκοινωνιαί τε σοι, και τα άμπλακήματα εν γνώσει και άγνοια προχθέντα. Ουτω μεν ουν εσται και έλεος των πλημμελημάτων, ουτως δε άφρεσι των άγνοημάτων, ει μεν τας θειας ουκ άθεταις παραδόσεις. Ει δε περιμένεις, και άνεχη τα των ετεροδόςων, ωςπερ άλλότρια οντα πίσης κανονικης παραδόσεως, και συνοδικης, ου μόνον εκκόφομεν το του σου κράτους μνημόσυον, άλλα τε του βάρους προσήθησομεν επιτίμια, ένα μη τη του Χριστου Έκκλησία διαφέρη η λύμη του άλλοριου και βαθερου δόγματος, καθότι ποιμένες της ευσεβείας εκλήθημεν, και όμολογησαμεν ουτως έγγραφως ενώπιον θεου και άλων αγγέλων. Ουκουν ου κατά μισωτους ανεχόμεθα ποιμαίνεν την της ευσεβείας Έκκλησίαν, ουδε φειδόμεθα μάλλον ψυχής τε και αίματος, αλλά ένεκεν Χριστου, και του εθαγγελου ετοίμου; έχομεν θουνα ψυχην, και σάρκα, και αίμα, και τάλλα οσα επι της ζωής κωίμεθα. Αν δε τω τυραννικω τρόπω παρανόμως βιάξη και πιεθανογεις την ελευθεραν και άδούμιων Χριστου Έκκλησίαν, γινωσκε ουτως, ότι παρετηρόμεθα μεν ημεις την ευσεβείαν οιω, ουκ ανεχόμεθα δε σιωπων εφεσης, αλλά κατα την ενυλην αρθώς ελέγξας, και επιτιμηται μελλομεν τουτου. Διηπερ και στέλλομεν προς την αγίαν σου βασιλειαν ταυτα μετά του εν ιερουσαλημ και πνευματικη, τιμωτατου.

κυρίου Μακρῶν, καὶ υἱοῦ τῆς ἡμῶν μετριότητος, δε καὶ ἀναγγελεῖ πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν τὰ περὶ τῆς συνόδου, ἅπερ αὐτὸν ἀνεθήκαμεν. Σφόδρα γὰρ ἡμεῖς, πίστευσον, ὡς οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων ἐπιποθοῦμεν τῆς προσευτέρης Ῥώμης καὶ τῶν Ἱταλῶν πίντων ἐνώστως, συζωμένου εἰ πρὸς τὴν ἀλήθειαν Ἐθνοῖν. Εἰ δὲ σωστῆσαι τὸ ψεῦδος φιλονεικοῦσιν, οὐ δυνάμεθα συγκατοικῆσαι αὐτοῖς, οὐδ' ἂν πάντας ἡμᾶς διὰ μίαν ἡμέραν ἀπεκεφάλισαν. Κρεῖττον εὐσεβῶς καιρὸν πρὸς καιρὸν, ὅπερ τέλος ἀποθανεῖν μέλλομεν. Πείσθητι τοιγαροῦν καὶ αὐτὸς, ὡ βασιλεῦ γαληνῶτατε καὶ θεύτατε, τοὺς θεοὺς θεσμούς, καὶ νόμους Χριστοῦ, καὶ τὰς παραδόσεις τῶν θεοκηρύτων αὐτοῦ μαθητῶν, καθότι εὐσεβῶς ἐξήσας ἀχρὶ τοῦ νῦν, ὡς οἱ σοὶ πατέρες ὁμολογοῦσιν ἔργῳ εὐσεβῶς καὶ ὁσέως τεθηθήσαντες. Οὐδὲν γὰρ ἐστὶ τῆς ἡμετέρας ἐσθλας ἀμφίβηλον, ἧως πρὸς ἀπορίαν ἐμπέσης, καὶ διαταμῆν ἐν τοῖς Χριστιανικοῖς δόγμασιν. Ἄλλ' ὁμῶς οὐδὲ ἐν γένος τοσαύτην ἀκρίθειαν καὶ ἔρηναν πεποίηκε περὶ πίστεως, ὅσην Πατέρες ἐν Χριστοῦ πίστει πεποιθήσαν. Ὅθεν καὶ τὰς ἀπὸ κρίσεως κόσμου μαρτυρίας εὐρόντες κατὰ διαφόρους καιροὺς παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν προκηρυχθείσας, ἔστερξαν μὲν ταῦτα βεβαίως ἐν πρώτοις ὑστερον δὲ τῆς σκιάς παρελθούσης διὰ τῆς χάριτος παρουσίας τῆς οἰκονομίας ὅλον ἐτελειώθη σωτηριώδες μυστήριον, καὶ οὕτως τῆς ὑπερλάμπρου καὶ ζωοποιῶ ἀναστάσεως πληρωθείσης, οἱ τῆς αὐτῆς θεωρίας μύσταί καὶ μαθηταὶ διὰ Πνεύματος ἁγίου σαφῶς τὸ μυστήριον τοῦ τρανώσαντες πᾶσιν ἐκήρυξαν, ἐν ἐφεξῆς ἐπόμενοι πάντες ὁρθῶς οὐκ ἄστο, ἡσῶμεν ὁμῶς τὴν τῆς ἀπεράντου βασιλείας ἐκείθεν ἀπόλαυσιν, ἧς γένοίτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Ἀμήν. Μηδὲ Δεκαμῆρου, Ἰνδικτιωνῶς ἕκτης. *Potentissime, humanissime. et serenissime domine et imperator, supplices continue Deum exoramus, ut majestas tua atque imperium ab omni adversa fortuna immune conservetur ad nostram spiritualem lætitiā. Notum sit tue sacræ Majestati, nos accepisse tres a papa Eugenio de unione Ecclesiæ litteras, ut eam, remotis arbitris, amplecteremur uti gesta est, faceremque papæ commemorationem. Et hæc quidem nude papa Eugenius ad nos perscripsit; at non edocuit quanam ratione res illa transacta sit. Verumtamen ipse per antecedentes ad me litteras sanctissimi fratris domini Josephi archiepiscopi Constantinopolis novæ Romæ, et œcumenici patriarchæ, plane vereque cognovi, synodum Florentinam non fuisse, uti Græci et Latini cum juramento perscripta convenerant, canonem et librum secundum traditiones apostolorum, et sanctorum septem et œcumenicarum synodorum, et divorum Patrum, sed infinitas fraudes comminissentes Italos, pacta quidem violasse, scripta jurejurando confirmata pervertisse, et tandem, tyrannorum instar, impia sua dogmata rursus stabilivisse, et cætera contra canones obtinuisse; et quod pejus est ac magis impium, cum multis aliis additionem illum in communi fidei Symbolo non neglexisse, sed scripto etiam illius confessione, neu miseris! ubi omnibus enuntiari. Quapropter ipse papæ respondi: Si illi traditiones sanctorum universalium synodorum, et determinationes, et quicquid canonicum ac legitimum hi sancti Patres decreverunt, susceperit, jam et ipse Florentinam synodum amplector, et papæ commemorationem non recuso: dummodo similem professionem ad nos in scriptis papa miserit, ut legitima et antiqua traditio et consuetudo præscribitur. Quod si id non fiet, neque Florentinam ipse synodum suscipio, neque papæ commemorationem. Quin et ex nostris, qui similibus assensum præbuerunt, Florentiæ scilicet synodo, et papæ commemorationi, sine jacta dicta recta illius confessione, si ex clero sunt, eos depositos, omni sacro munere et sacerdotali ministerio privamus; si ex senatu, excommunicamus, et a consortio fidelium segregamus, secundum Dei præconium canones, et discipulorum*

τῆς κακίας πάθη ὑπονοστούμενα, ἐνεργεῖ, καὶ ζῆ,
καὶ ἰσχύει ἐν ταῖς τῶν φιληθῶνων ψυχαῖς· καὶ διὰ
πολλῆς προσεχίας, καὶ νοῦς ἐπιστάσις, μετὰ τῆς
ἀνωθεν βοῆς, εὐρὼν τὰ τοῖς πολλοῖς ἀγνοοῦμενα,
οὕτω δυνήσῃ ἐν πολλῇ προσεχίᾳ καὶ εὐχῇ βυθίσηται
τῶν πονηρῶν γιγάντων. Γνώσεως γὰρ ἀληθοῦς, καὶ
μνήμης λόγου Θεοῦ, καὶ ἀγαθῆς συμφωνίας προθυ-
μίας, διὰ χάριτος ἐνεργουῦς ἐν καρδίᾳ στήναι σπουδα-

hanc similiter alius præscribat, uti propriam et
singularem monachorum laudem. Ex hoc, si vide-
tur, ad alium vertamur.

Ex Vita abbatis Agathonis.

Frater quidam interrogavit abbatem Agathonem,
dicens : Dic mihi, abba, quid majus est, corpo-
reus labor, an interiorum animi custodia ? Res-
pondit senex : Similis est homo arbori ; corporeus
ergo labor folia sunt, custodia vero interiorum
fructus est. Quandoquidem enim autem, juxta quod scri-
ptum est, « Omnis arbor quæ non facit fructum
bonum excidetur et in ignem mittetur » ; manifestum
est totum nostrum studium conferri debere
ad ferendum fructum, hoc est, ad mentis custodiam.
Utilitas porro etiam quedam est foliorum ad spe-
ciem et tegumentum. Quare non reprobatu corpus-
reus labor per illa figuratus : sed quid sit ei præ-
stantius adjungendum ostenditur. Mirabiliter hic
sanctus vanos et veræ religionis exsortes declaravit
omnes illos qui, sine mentis custodia, sola gloriantur
vita activa : vocans eos arbores non ferentes
fructum bonum, mentis scilicet custodiam, ac
nihil nisi folia habentes, hoc est labores operatio-
nis qui non obstant quominus excidantur et
in ignem mittantur. Terribilis hæc tua, Pater,
sententia est.

Marci abbatis ad Nicolaum.

« Si vis, fili, propriam tibi et domesticam lucer-
nam luminis intellectualis, hoc est, spiritualis

scientiæ, intra te semper habere accensam et lu-
centem, cujus beneficio possis incensere per noc-
tem hujus sæculi profundissimam ambulare ; ita
ut sub Domino tui gressus dirigantur, ut viam
Evangelii velis valde, juxta propheticum oraculum:
quod est, fide ardenti evangelicorum Domini
præceptorum quæ perfectionem docent, per de-
siderium et orationem exsecutor et particeps fieri,
monstro tibi viam mirabilem, et inventum indu-
striæ spiritualis, labore certaminis corporei non
egens : sed quod solum conatum animæ ac men-
tis, attentionemque perpetuam timore amoreque
Dei adjunctam requirat : qua industria phalangem
vitiarum et horum facile poteris repellere. Si
ergo vitia superare vis, per orationem et Dei
cooperationem intra te ipsum collectus, et in pro-
funda tui cordis penetras, investiga tres hos gi-
gantes : oblivionem dico, pigritiam et ignorantiam,
in quibus robur est situm spiritualium
Philistæorum, per quos redeuntia in animam unde
pulsata fuerant reliquia vitia operantur, et vivunt,
et valent in animabus voluptati deditorum. Quod
evadere discri-men poteris, et ab horum trium
pessimorum gigantum tyrannica oppressionem li-
berari, si multus et assiduus in oratione fueris,
et auxilio superne addito, adhibita ex te attentio-
ne plurima vigiliaque mentis, ea quæ a plerisque
ignorantur, inveneris. Et enim per ita procuratam
veræ notitiam, perque memoriam verbi Dei, per

* Matth. vii, 19.

ζομένη, καὶ ἐπιμελῶς φυλασσομένη, λήθης καὶ ἀγνοίας καὶ ῥαθυμίας ἔχουσα ἐν αὐτῇ ἀφανίζεται. Ὅρξ; συμφωνίαν τῶν πνευματικῶν ῥημάτων; ὄρξ; πῶς σαφῆ ἐκφάνουσι τὴν τῆς προσοχῆς εἰδήσιν; ὄρα λοιπὸν καὶ τοὺς ἔμπροσθεν, οἷα πάλιν ἡμῖν διαλέγονται.

Τοῦ ἀγίου Ἰωάννου τοῦ τῆς Κλίμακος.

Ἦσυχαστῆς ἐστίν, ὁ τὸ ἀσώματον ἐν σωματικῷ οἴκῳ περιορίζειν φιλονεικῶν, τὸ παράδοξον. Ἦσυχαστῆς ἐστίν ἐκεῖνος ὁ εἰπὼν· « Ἐγὼ καθεύδω, καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ. » Κλείεις μὲν θύραν κέλλης σώματι· καὶ θύραν γλώττης, φθέγματι· καὶ ἔνδον πύλην πνεύματι. Ἰσθθεζόμενος ἐφ' ὕψους τήρει, εἰ ἄρα καὶ ἐπίστασαι, καὶ τότε ὄρα πῶς, καὶ πότε, καὶ πόθεν, καὶ πόσοι, καὶ ποῖοι κλέπται εἰσελθεῖν καὶ κλέψαι τοὺς βότρυας ἔρχονται. Ἀποκαμῶν ὁ σκοπός, ἀναστὰς, προσεύξεται, καὶ πάλιν καθεσθεις, τῆς αὐτῆς ἐργασίας ἀνδρικῶς ἔχεται. Ἄλλο φυλακὴ λογισμῶν, καὶ ἕτερον νοδὸς τήρησις, καὶ καθ' ὅσον ἀπέχουσι ἀνατολὰ ἀπὸ δυσμῶν, κατὰ τοσοῦτον ἡ δευτέρα τῆς πρώτης ἐστὶ, καὶ μοχθηροτέρα καθέστηκεν. Ὡσπερ ὄπλα βασιλικὰ ἐν τόπῳ τινὶ κείμενα ὀρώντες

κλέπται οὐχ ὡς ἔτυχεν ἐπιβαίνουσιν, οὕτω καὶ ὁ τῆ καρδία προσευχὴν συνάψας, οὐχ ὡς ἔτυχεν ὑπὸ τῶν νοερῶν ληστῶν κλέπτεται. Οἷδα; φανεροποιᾷ [ἀντὶ τοῦ, φανεροποιῶς, ἢ ῥήματα φανεροποιᾷ] τῆς θαυμαστῆς ἐργασίας τοῦ μεγάλου τούτου Πατρὸς; Ἄλλ' ἡμεῖς γε ὡς ἐν σκότει διαπορευόμενοι καὶ ἐπάνω τῶν ψυχωφελῶν τοῦ Πνεύματος λογίων ὡς ἐν νυκτομαχίᾳ περιπατοῦντες, καὶ ἐθολοκωφοῦντες, ταῦτα παρερχόμεθα. Ἄλλ' ὄρα λοιπὸν καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ὅσα τὰ πρὸς τὴν νῆψιν ἐδηγοῦντα οἱ Πατέρες ἡμῖν ὑπογράφουσιν.

Τοῦ ἀββᾶ Ἦσαῦ.

Ὅταν τι χωρίση ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ ὀριστεροῦ, καὶ γινῶ ἀκριβῶς πάντα τὰ ἀμαρτήματα ἃ ἐποίησεν εἰς Θεὸν (ἐπειδὴ οὐ βλέπει τὰς ἀμαρτίας, ἐν μὴ χωρισθῆ ἀπ' αὐτῶν χωρισμῷ πικρίας)· οἱ φθάσαντες τοῦτο τὸ μέτρον, αὐτοὶ εὗρον τὸν κλαυθμὸν καὶ τὴν δέησιν, καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ μνημονεύοντες τῆς ποιητῆς φύλας τῶν παθῶν. Ἀγωνισόμεθα οὖν, ἀδελφοί, κατὰ τὴν δύναμιν ἡμῶν, καὶ συνεργεῖ ὁ Θεὸς κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἔργου αὐτοῦ. Καὶ εἰ οὐκ ἐφυλάξαμεν τὴν καρδίαν ἡμῶν ὡς οἱ πα-

bonæ quoque voluntatis adiutæ a gratia, vim ; in corde s'are firmiter conante, et diligenter custodito, deletur omne vestigium oblivionis, ignorantia, ac pigritiæ. » Hactenus Marcus.

Pergis in his videre, lector, quam apte, quam exacte consentiant inter se veterum nostrorum Patrum optimorum dicta. Vides ut hic pariter cum aliis supra recitatis clare docet, totam vitæ spiritualis spem ac successum esse situm in scientia orandi ; vides ut quivis modo laudatorum, alterius vestigia premat, unus alium ad singulos assectans passus. Quis horum non quasi ex composito ad idem adhortans docet, penetrandum nobis esse, si perfecti esse volumus, in nostri profunda cordis, pariterque alia suadet, superius hoc opusculo memorata ? Audi nunc alios quoque.

Sancti Joannis Climaci.

« Quietis religiosæ professor verus ille est : qui contendit, incorporeum corporea domo circumscribere ac comprehensum tenere. Quod mirum inopinatumque est. Ipse idem est cuius vox sonat in sacro Cantico : « Ego dormio, et cor meum vigilat. » Claude januam linguæ voci, et supra clausum tecum intus spirituum fores obdure exteriori impenetrabiles. Ita intro sedens ab alto observa, si utique id scis facere. Et tunc videbis quomodo, et quando, et unde, et quot, et quales fures conentur irrumperere, ut spirituales tuæ vineæ uvas auferant. Tunc vigil sollicitusque speculator, impigre

surgens orabit, et rursus sedens in opus idem fortiter incumbet. Aliud est observatio cogitationum, aliud mentis custodia, et quantum distat ortus ab occasu, tanto hac illa sublimior et ærumnosior est. Sicut arma regia in loco posita quopiam videntes fures, non temere audaciam expediunt ad furtum ibi tentandum : ita spirituales fures a sic munita et vigili absistunt anima. »

Vidisti declarationem mirabilis exercitationis ; vidisti manifestationem evidentissimam prius commendatorum, cæterum nos, ut apparet, in tenebris ambulantes, et ad spiritualia animasque salvantia divini Spiritus oracula cæcutientes, ne illa quædem cunctis exposita quæ diserte sacra Scriptura denuntiat, cognoscere curamus, desides quidam ac pigri, et ad omne opus bonum segnes frigidique. Verum age, excutiamus tandem hunc torporem : et per monstratum nobis iter, quo in sobriam et acrem tuendo intentam cordi vigiliam tenditur, impetu alacri curramus.

Abbatis Isaïæ.

« Cum quis abduxerit seipsum a via quæ ducit in interitum, sinistra : et cognitis clare, recensitisque peccatis, quæ in Deum commisit, omnibus ; nondum tamen satis videt illa, et quam sint noxia perpēdit, si nondum ab iis recesserit ea separatione quæ sit per pœnitentiam amaram. Qui ad hunc gradum pervenerunt, ipsi invenerunt planctum, deprecationem, et confundi pudore co-

¹ Cant. v, 2.

τέρες ἡμῶν, κἀν σπουδάσωμεν ποιῆσαι τὴν δύναμιν Ἀ
 ἡμῶν, φυλάξαι τὰ σώματα ἡμῶν, ὡς ζητεῖ ὁ Θεός,
 ἀναμάρτητα, καὶ πιστεύομεν ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν
 τοῦ λιμοῦ τὸν καταλαθόντα ἡμᾶς, ποιεῖ μεθ' ἡμῶν
 ἔλεος, ὡς καὶ μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ. Παραμυθεῖται
 ἐνταῦθα ὁ μέγας οὗτος, τοῖς ἰλιαν ἀσθενεστέροις λέγων·
 Καὶ εἰ οὐκ ἐφυλάξαμεν τὴν καρδίαν ἡμῶν ὡς οἱ
 πατέρες ἡμῶν, κἀν τὰ σώματα ἡμῶν τηρήσωμεν
 ἀναμάρτητα, ὡς ζητεῖ ὁ Θεός, καὶ ποιῆσει καὶ μεθ'
 ἡμῶν ἔλεος. Πολλὴ ἢ εὐσπλαγγνία τοῦ τοιοῦτου Πα-
 τρός καὶ συγκατάθεσις.

Μακαρίου τοῦ μεγάλου.

Τὸ κυριώτατον τοῦ ἀθλήτου τοῦτο ἔστιν, ἵνα εἰς-
 ελθὼν εἰς τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν, ποιήσῃ πόλεμον
 πρὸς τὸν Σατανᾶν καὶ μισήσῃ αὐτόν· καὶ ἀντιπα-
 λαίσις τοῖς διαλογισμοῖς αὐτοῦ, μαχεσθῆ αὐτῷ. Εἰ
 δὲ εἰς τὸ φαινόμενον φυλάσσει τις τὸ σῶμα αὐτοῦ
 ἀπὸ φθορᾶς καὶ πορνείας, ἔσθωθεν δὲ μοιχεύει παρὰ
 τῷ Θεῷ, καὶ πορνεύει τοῖς διαλογισμοῖς, οὐδὲν ὠφε-
 λήθη ἔχων τὸ σῶμα παρθένον. Γέγραπται γάρ·
 « Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη
 ἔμοιχευσεν ἐν τῇ καρδίᾳ. » * Ἔστι γὰρ πορνεία διὰ
 σώματος ἐπιτελουμένη· καὶ ἔστι πορνεία ψυχῆς κοι-

ram Deo in recordatione perversi amoris quo
 vitia sunt amplexi. Certemus, fratres, ex omni
 nostra virtute; et cooperabitur nobis Deus secun-
 dum multitudinem misericordiae suae. Et si non
 custodivimus cor nostrum, ut Patres nostri; sal-
 tem faciamus quantum possumus membra nostra
 impeccabilia: et confidimus facturum Deum mi-
 sericordiam nobiscum in tempore famis quae com-
 prehendit nos, sicut et fecit in sanctis suis. »

Consolatur his magnus hic Pater valde infir-
 miores. Multa est condescensio et benigna pietas
 talis Patris.

Macarii Magni.

« Praecipuum intentum athletae spiritualis hoc est:
 ut, ingressus in cor suum, bellum indicat Satanae,
 exsecrans ipsum; et, strenue obliuctans sugges-
 tionibus ejus, contra ipsum pugnet. Si vero in
 speciem quidem, et quantum apparet, custodiat
 quis corpus a corruptione et fornicatione; inte-
 rius autem adulteret et fornicetur assensu volun-
 tatis arcano: nihil tali prodest carnem habere
 virginem. Scriptum enim est in Evangeliiis:
 « Omnis qui videt mulierem ad concupiscendum
 eam, jam moechatus est eam in corde suo. » Est
 enim fornicatio per corpus consummata; est alia
 fornicatio perpetrata per animam adhaerentem Sa-
 tanae. »

Videtur quidem magnus hic Pater affirmare
 contraria dictis prius memora Patris abbatis

* Mat. h. v. 28.

ωνούσης τῷ Σατανᾶ. Δοκεῖ μὲν ὁ μέγας οὗτος Πα-
 τὴρ ἀντιφέρεσθαι τοῖς λόγοις τοῦ προλεχθέντος Πατρὸς
 ἀββῆ Ἰσαίου· οὐκ ἔστι δὲ· Κάκεινος γὰρ, ὡς ζη-
 τεῖ ὁ Θεός, παρεγγυᾶται ἡμῖν φυλάξαι τὰ σώματα
 ἡμῶν· ζητεῖ δὲ οὐ τῶν σωμάτων μόνον τὴν καθα-
 ρότητα, ἀλλὰ καὶ τῶν πνευμάτων· καὶ οὕτως ἀπὸ
 τῶν εὐαγγελικῶν προταγμάτων, τὰ αὐτὰ ἡμῖν ὑπο-
 τίθεται.

Διαδόχου.

Ὁ ἐνδημῶν ἀεὶ τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ, ἐκδημεῖ πάν-
 τως τῶν ὠραίων τοῦ βίου· πνεύματι γὰρ περιπα-
 τῶν, τὰς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίας εἰδέναι οὐ δύναται.
 Ἐπειδὴ λοιπὸν ἐν τῷ φρουρίῳ τῶν ἀρετῶν τοὺς πε-
 ριπάτους ὁ τοιοῦτος ποιεῖται, αὐτὸς ὡσπερ τὰς
 ἀρετὰς πυλωροὺς ἔχων· διὸ δὴ καὶ ἀπρακτοὶ λοιπὸν
 αἱ τῶν δαιμόνων τότε ἐπ' αὐτῷ γίνονται μηχαναί·
 καλῶς εἶπεν ὁ ἅγιος ὅτι ἀπρακτοὶ μένουσιν αἱ τῶν
 ἐχθρῶν μηχαναί· ὅτε δηλονότι ἐν τῷ βάλει που τῆς
 καρδίας ἡμῶν διατρέθομεν, καὶ τοσοῦτον πλεόν,
 ὅσον ἐκεῖ ἐγγρονίζομεν. Ἄλλ' οἶδα ὅτι ἐπιλείπει με
 ὁ χρόνος, βουλόμενον τῷ παρόντι διηγῆματι τῶν
 Πατέρων πάντων κατατάττειν τοὺς λόγους. Διὸ ἐνδὲς
 ἦ καὶ δύο μνησθεῖς, πρὸς τὸ τέλος τὸν λόγον τρέψομαι.

Isaiae. Non est tamen ita, siquidem et hic, ut Ju-
 het Deus, commendat nobis ut praeservemus a
 corruptione corpora nostra: quaerit autem praeter
 ea puritatem spiritus et affectuum voluntatis.
 Et quod in hac parte praecipit, ex Evangelica
 trahit lege.

Diadochi.

« Qui habitat in suo corde, intra illud penitus
 immigrans, peregrinatur et longe disjunctus vivit
 ab omnibus in vita speciosus. Spiritu enim am-
 bulans, carnis desideria nosse non potest. De cae-
 tero quippe intra munitissimam inaccessibleque
 vitiis, virtutum arcem ambulationes suas facit:
 virtutes ipsas invictas custodes praese habens
 quasi urbis ejusdem suae pudicitiae. Quare ma-
 chinae daemonum istam urbem oppugnantium, va-
 nae irritaeque fiunt. »

Recte dicit hic sanctus effectum cassas manere
 hostium nos oppugnantium machinas, quando
 nos scilicet in profundo cordis nostri habitamus
 attentis ac vigiles ei defendendo: idque tanto per-
 fectius securiusque perficimus, quanto diutius et
 perseverantius in tali statione, cum ea quae dicta
 est, obnixae virtutis acrimonia, perduramus. Verum
 tempus me deficeret si vellem hac narratione re-
 censere ad fidem dicto meo astruendam cuncta san-
 ctorum Patrum quae huc pertinent, dicta. Itaque, uno
 tantum adhuc et altero memorato, finem faciam
 dicendi.

Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου.

Σπούδατον εἰσελθεῖν εἰς τὸ ταμίειον τὸ ἔνδοθὲν σου, καὶ ὄψει τὸ ταμίειον τὸ οὐράνιον. Ἐν γὰρ ἐστὶ τοῦτο κάκεινο· καὶ ἐν μιᾷ εἰσόδῳ θεωρεῖς ἀμφοτέρω. Ἡ κλίμαξ τῆς βασιλείας ἐκείνης ἔνδοθὲν σοῦ ἐστὶ κεκρυμμένη, ἤγουν ἐν τῇ ψυχῇ σου. Βάπτισον οὖν σεαυτὸν ἐκ τῆς ἀμαρτίας, καὶ εὕρισκεις ἐκεῖ ἀναβάσεις ἐν αἷς ἀναβαίνειν δυνήσῃ.

Καρπαθίου.

Πολλοῦ ἀγῶνος καὶ κόπου χρεῖα ἐν ταῖς προσευχαῖς; ὅπως εὐρωμεν τὴν ἀπαρνήλητον τῆς διανοίας καταστάσιν, ἑτερόν τινα ἐγκάρδιον οὐρανὸν, ἔνθα οἰκεῖ ὁ Χριστός· ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος. «Εἰ οὐκ ἐπιγινώσκετε, ὅτι Χριστὸς οἰκεῖ ἐν ἡμῖν; εἰ μὴτι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε.»

Συμεῶν τοῦ Θεολόγου.

Ἄδikian εὔρεν ὁ διάβολος μετὰ τῶν δαιμόνων, ἀφ' οὗ τοῦ παροδείσου καὶ τοῦ Θεοῦ ἐξόριστον διὰ τῆς παρακοῆς εἰργάσατο τὸν ἄνθρωπον, τὸ λογιστικὸν

Isaaci Syri.

«Stude intrare in receptaculum intimum tibi, et videbis receptaculum caeleste. Unum enim idemque est hoc et illud; et uno ingressu vides utrumque. Scala quoque qua conscenditur in istam regionem intra te est abscondita in anima tua. Baptiza igitur te ipsum et larga infusione cujusdam aquae lustralis abrade ex imo animae lutum omne ac faeces peccati: eo in loco sic detergo gradus invencientes per quos possis ascendere quo dixi.»

Carpathii.

«Multo et certamine et tempore opus est in orationibus, ut inveniamus in imperturbabili mentis statu alterum quoddam corde nostro inclusum caelum, ubi habitat Christus, ut ait Apostolus: «An nescitis quod Christus habitat in vobis, nisi forte reprobi estis?»

Simeonis Junioris Theologi.

«Securitatem invenit diabolus, et ejus ministri, ex quo a paradiso et a Deo exterminavit hominem, contentendi turbandique partem rationalem cujuscunque hominis, tam nocte quam die spiritua-liter intellectis: hoc est, tam tempore desolationis, quam consolationis; cujusdam quidem in multis, cujusdam in paucis; alterius importunius et vehementius. Neque adversus hos insultus aliud

ἄ παντὸς ἀνθρώπου σαλευεῖν, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ νοητῶς· τοῦ μὲν, ἐπὶ πολὺ, τοῦ δὲ, ἐπ' ὀλίγον, καὶ ἄλλου, ἐπὶ πλεόν. Καὶ οὐκ ἄλλως δυνατὸν ὀχυρωθῆναι τοῦτο, ἢ μνήμη Θεοῦ διηγεσθῆναι. Ἐν τῇ δυνάμει τοῦ σταυροῦ τυπωθεῖσα τῇ καρδίᾳ ἡ θεία μνήμη, πρὸς τὸ ἀσειστον στερεώσῃ τοῦτο. Εἰς τοῦτο γὰρ φέρει τὰ τοῦ νοητοῦ ἀγῶνος, ὃν ἕκαστος Χριστιανῶν ἀγωνίζασθαι, πρὸς τὸ στάδιον τῆς Χριστοῦ πίστεως ἀπεδύσατο· εἰ δὲ μή, μάτην ἀγωνιέται. Τοῦ τοιοῦτου ἀγῶνος ἕνεκεν ἡ πᾶσα καὶ ποικίλη παντὸς κακοπαθοῦντος διὰ τὸν Θεὸν ἄσκησις· ἵνα τις κάμψῃ τὰ σπλάγγνα τοῦ αγαθοῦ, καὶ δώσῃ πάλιν τὸ πρῶτον ἀξίωμα τοῦτο, καὶ σφραγισθῇ τῷ λογιστικῷ Χριστός, καθὼς λέγει ὁ Ἀπόστολος. «Τεκνία μου, οὗς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῆτε Χριστὸς ἐν ὑμῖν.» Κατεμάθετε, ἀδελφοί, ὡς ἐστὶ τέχνη πνευματικῆ, ἤγουν μέθοδος; ταχέως τὸν ταύτης ἐργάτην εἰς ἀπάθειαν καὶ θεοπτίαν ἀνάγουσα· παληροφόρησθε, πῶς πᾶσα πρακτικῆ ὡς φύλλα ἐν ἔνδορῳ χωρὶς καρποῦ λελόγισται τῷ Θεῷ, καὶ ὅτι πᾶσα ψυχὴ μὴ ἔχουσα νοῦ τήρησιν, εἰς κενὸν ταῦτα αὐτῇ ἀποθήσεται; Οὐκοῦν σπεύσωμεν, ἵνα μὴ ἄκαρποι τελευτήσαντες, μεταμεληθῶμεν ἀνόνητα.

munimentum est, quam memoria continua et mortis et Dei. Qua fiet ut virtute crucis consignata mens divinarum viva recordatione rerum ad immobilitatem solidetur; ad talem enim contendit palmam spirituale certamen, ad quod nos decertandum in Christi stadio, fidei armaturam induimus: qua qui non fuerit instructus, sine vincendi successu pugnabit. Hujus praemii spes, tota causa est variae ac multiplicis in vitae religiosae duritiae propter Deum suscepta exercitationis spiritualium athletarum, id scilicet unice spectantium, ut pro se quisque horum, quodammodo furetur, hoc est, quavis arte, quoque conatu in se ventat atque atrahat boni Dei visceralem misericordiam. Eidemque vicissim reddat quam ejus summa dignitas meretur, infamam sui subjectionem ac venerationem: ita ut quasi sigillum imprimatur Christus in rationali parte ipsius, prout dicit Apostolus: «Filioli, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis.»

Didicistis plane ex hic Patrum sententiis, spirituales viam, artem esse ac methodum celeriter perducentem eum qui illa utitur, ad sublimem imperturbabilitatis ac Dei visionis statum. Persuasi prorsus estis, omnem mere externam operationem, non alio apud Deum loco censeri quam ut arborum fructu carentium folia; praetereaque omnem animam non exacte vigilantem in mentis custodia, in vanum currere. Omni ergo studio caveamus ne, sine fructu in morte deprehensi, inuiti aeternum poenitudine cruciemur.

* II Cor. xiii, 5. * Galat. iv, 19.

Ἐρώτ. Ὅτι μὲν ἀπὸ τοῦ νῦν συγγράμματος γινώσκωμεν, τίς τε ἦν ἡ πρόξις τῶν εὐσεβετησάντων τῷ Κυρίῳ, καὶ ὅτι ἐστὶ τις ἐργασία τῶν παθῶν τῆν ψυχὴν ταχίως ἐλευθεροῦσα, καὶ τῆ τοῦ Θεοῦ ἀγάπην συνδέουσα, ἣν χρεῖον παντὶ τῷ τῷ Χριστῷ στρατευθέντι, οὐδ' ἡμεῖς ἀμφιβάλλομεν, ἀλλὰ καὶ λίαν πεποισμεθα. **Τί δέ ἐστι προσοχή,** καὶ πῶς ἀξιοῦται τις ταύτην εὑρεῖν, δυσωπούμεν μαθεῖν. Εἰσάπαν γὰρ τοῦ τοιοῦτου πράγματός ἐσμεν ἀμύητοι.

Ἀπόκρ. Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ εἰπόντος, « Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε πικεῖν οὐδὲν, » τοῦτον βοηθὸν καὶ συνέριθον ἐπικαλεσόμενοι, τοκαταδύναμιν ὑποδείξαι πειράσσομαι, τί ἐστὶ προσοχή, καὶ πῶς αὐτῆ, Θεοῦ θέλοντος, κατορθουθεῖη.

Τοῦ αὐτοῦ Νικηφόρου.

Τὴν μὲν προσοχὴν τινὲς τῶν ἁγίων, νοδὸς τήρησιν ἐφησαν· ἄλλοι δὲ, καρδιακὴν φυλακὴν· ἕτεροι δὲ, νῆψιν· καὶ ἄλλοι, νουερὰν ἡσυχίαν· καὶ ἄλλοι ἄλλως. Ἐὰ δὲ πάντα ἓν καὶ τὸ αὐτὸ δηλοῦσιν· ὡς ἂν τις εἴποι ἄρτον, καὶ εἴποι καὶ τεμάχιον, καὶ εἴποι καὶ βουκίον, οὕτω καὶ περὶ τούτων νοεῖ. **Τί δέ ἐστι προσοχή,** καὶ τί τὰ ταύτης ἰδιώματα, ἀκριβῶς μάνθανε. Προσοχή ἐστὶ, μετανοίας ἀκραίφνους γνώρι-

σμα. Προσοχή ἐστὶ, ψυχῆς ἀνάκλησις· κόσμου μίσος, καὶ πρὸς Θεὸν ἐπάνοδος. Προσοχή ἐστὶν, ἀθέτησις ἁμαρτίας, καὶ ὀρετὴς ἐπανάληψις. Προσοχή ἐστὶ, συγχωρήσις ἁμαρτιῶν ἀνενδύαστος, πληροφωρία. Προσοχή ἐστὶν, ἀρχὴ θεωρίας· μάλλον δὲ, ὑπόθεσις θεωρίας. Διὰ ταύτης γὰρ ὁ Θεὸς παρακλύσας, ἐμφανίζεται τῷ νοῦ. Προσοχή ἐστὶν, ἀτραξία νοῦ· ἢ μάλλον, στάσις αὐτῆς, δι' ἐλέου Θεοῦ, τῆ ψυχῆ βραβευθεῖσα. Προσοχή ἐστὶ, [κα]θαίρεισι μὲν λογισμῶν Θεοῦ δὲ μνήμη, ἀνάκτορον, καὶ τῆς τῶν ἐπερχομένων ὑπομονῆς ταμειοῦχος. Προσοχή ἐστὶ, πίστει, ἐλπίδος, καὶ ἀγάτης παραίτιος. Εἰ μὴ γὰρ τις πιστεύσειεν, οὐκ ἂν τὰ ἐξωθεν ἐπερχόμενα λυπηρὰ ὑποδέξηται· καὶ εἰ μὴ ἀσπασίως τὰ λυπηρὰ ὑποδέξηται, οὐκ ἂν ἐρῇ τῷ Κυρίῳ· « Ἀντιλήπτωρ μου εἰ καὶ καταφυγὴ μου. » Καὶ εἰ μὴ τὸν Ὑψίστον ἠέται καταφυγὴν, οὐκ ἂν τῆς ἀγάπης αὐτοῦ ἐνστερνὸς γένηται. Τούτου τοίνυν τοῦ μεγίστου τῶν μεγίστων κατορθώματος [Ἰσ. τοῦτο τὸ μέγιστον κατόρθωμα] ἐκ διδαχῆς μάλιστα τοῖς πολλοῖς, ἢ τοῖς πῖσι, προσγίνεται. Σπάνιοι γὰρ οἱ ταύτην ἀδιδακτως τῆ βίᾳ τῆς ἐργασίας καὶ τῆ θέρμῃ τῆς πίστεως ἐκ Θεοῦ κομισάμενοι, καὶ οὐ νόμος τὸ σπάνιον. Διὰ τοι τοῦτο χρῆ ζητεῖν ὁδηγὸν ἀπλανῆ· ἵνα διὰ τῆς ἐκείνου διατυπώσεως, τὰς ἐκ τῆς προσοχῆς προσπι-

Interrogatio.

Ex hactenus scriptis manifestum et in confesso cunctis nobis est, et quæ sit praxis placentium Domino : et esse quamdam operandi rationem, C quæ vitia ex anima velociter expellat, alligans ipsam charitati Dei, que ars ratione operandi sit omni sub Christo militanti necessaria. Tribus his satis cognitis, unum restat inquirendum : quid sit ea res quam « prosochen, » sive « attentionem » vel « advertentiam » vocamus. Id porro et nos discere cupimus ; utique qui nos ejus rei prorsus expertes sentiamus.

Responsio.

Hoc tunc, in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui dixit : « Sine me nihil potestis facere, » ipsum adiutorem et cooperatorem invocans, quantum passum conabor demonstrare, clare docendo quid sit « prosoche » et quomodo quis eam Deo volente perfecte exerceat.

Ejusdem Nicephori.

Prosochen alii sanctorum mentis observationem dixerunt ; alii vero cordialem custodiam, nonnulli « nepsin » (quasi dicerent, sobriam circumspectionem), alii mentalem quietem, et alii aliter. Hæc cuncta unum et idem signant : ut si quis diceret « arton ; tenmachia » et « bukion, » tribus rem eandem vocabulis exprimeret quæ pa-

nis nominari vulgo solet. Sic et tu de his cense. Atque adeo mox descendis serio attendens, diligenter percipe : quid « prosoche, » ac quænam ejus proprietates sint. Est « prosoche » veræ penitentiæ nova insignis et minime dubius character. Est eadem revocatio animæ, mundi odium et ad Deum reditus. Prosoche est reconciliationis cum Deo inviolabile pignus. Prosoche est abrogatio peccati et virtutis resumptio. Prosoche est remissio peccatorum, et amicitia cum Deo indubitabilis fiducia. Prosoche est initium, aut potius fundamentum contemplationis. Per eam enim faciem inclinans suam Deus, conspicuum se menti præbet. Prosoche est tranquillitas mentis, aut potius stabilitas ejusdem per Dei misericordiam animæ concessa. Prosoche est expunctio turbantium cogitationum, Dei vero memoria et hanc consequentium honorum palatium ac regia, præsertim vero patientiæ penus. Prosoche est fidei, spei, et charitatis causa. Nisi enim sibi attendat quis, haudquaquam supervenientia ad fidem extorquentiam libenter potius perferat quam in apostasiam deficiat. Nemo etiam non attentus Domino dicit : « Susceptor meus es et refugium meum ¹⁶. » Qui autem refugium in Altissimo non collocaverit, is veram intimis conceptum præcordiis non obtinebit charitatem.

Tanti porro hujus ac vere maximorum maximi plena perfecta que executio negotii, plerisque, ne dicam omnibus, ex institutione ac magistri doctrina contingit. Rari enim valde sunt, qui sine ductu docentis, vi ac conatu operationis, et fervere, au-

¹⁶ Psal. 46, 4.

πτούσα· ἡμῖν δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἑλλείψεις, λέγω ἅ
 δὴ καὶ ὑπερβολὰς, τὰς ἐκ τοῦ πονηροῦ εἰσαγομένας,
 ὅτι· αὐτοῦ διδασκώμεθα καὶ τυπούμεθα, ἐξ ὧν ἔπα-
 θεν αὐτὸς πειρασθεῖς, δῆλα ἡμῖν ποιῶν, καὶ ἐκτὸς
 ἀμφιβολίας τὴν νοιτὴν ταύτην ὁδὸν ὑποδεικνύει, καὶ
 οὕτως εὐκόλως ἡμεῖς διανύομεν. Εἰ δὲ ὁδηγὸς οὐκ
 ἔστι, γρηῃ ζητεῖν ἐμπόνως· εἰ δ' οὐχ εὐρίσκειται, τὸν
 Θεὸν ἐπικαλεσάμενος ἐν συντριβῇ πνεύματος καὶ δά-
 κρυσι, καὶ σὺν ἀκτινῶσι τοῦτον καθοικετεύσας, ποιήσον
 ὁ λέγω σοι. Οἶδα, ὅτι ἡ πνοὴ ἦν ἀναπνεόμεν, ὁ ἀήρ οὐ-
 τὸς ἐστίν, ἐκπνεόμεν δὲ αὐτὸν, οὐ δι' ἕτερόν τι, ἀλλ' ἡ
 διὰ τὴν καρδίαν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τῆς ζωῆς παραι-
 τιος, καὶ τῆς θέρμης τῷ σώματι. Ἐπισπᾶται τοίνυν
 ἡ καρδία τὸ πνεῦμα, ἵνα τὸ μὲν ἑαυτῆς θερμὸν
 ἐξῶθεν διὰ τῆς ἐκπνοῆς διωθήσῃ, ἑαυτῇ δὲ
 εὐρασταίαν κερύξῃ. Παραιτίος δὲ τῆς τοιαύτης οἰκο-
 νομίας, ἡ μᾶλλον ὑπουργὸς, ὁ πνεύμων ἐστίν· ὅς
 ἀραιὸς ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ κτισθεὶς, οἷά τις φυσῆ-
 τήρ, ἀλύτως εἰσάγει καὶ ἐξάγει τὸ περιέχον. Ὁβτός
 ἡ καρδία, τὸ μὲν ψυχρὴν ἔλκουσα διὰ τοῦ πνεύματος,
 τὸ θερμὸν δὲ διωθοῦσα, τὴν τάξιν δηλονότι δι' ἣν ὡ-
 κονομήθη πρὸς τὴν τοῦ ζώου σύστασιν, ἀπραβά-
 τως διατηρεῖ. Σὺ οὖν καθίσας καὶ συναγαγὼν σου
 τὸν νοῦν, εἰσάγαγε αὐτὸν, τὸν νοῦν δηλαδὴ, εἰς τῆς
 βίβδος τὴν ὁδὸν, ἔθνα τὸ πνεῦμα εἰς τὴν καρδίαν εἰσ-
 ἔρχεται· καὶ ὠθισαὶ αὐτὸν καὶ παραβιάσαι συγκα-

εἰλεῖν μετὰ τοῦ εἰσπνεομένου πνεύματος, εἰς τὴν καρ-
 δίαν. Εἰτελθόντος δὲ ἐκείσε, οὐκέτι ἀνεύφραστα, οὐ
 δὲ ἀχαρὶ γενήσεται τὰ μετὰ ταῦτα· ἀλλ' ὡσπερ ἀήρ
 τις τοῦ ἑαυτοῦ οἴκου ἀπόδημος, ἐπὶν ἐπιστρέψῃ οὐκ
 ἔχει ὅτι καὶ γένηται ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ὅτι κατηξιώ-
 θη τοῖς τέκνοις καὶ τῇ γυναικὶ ἐντυχεῖν· οὕτω καὶ
 ὁ νοῦς, ἐπὶν μετὰ τῆς ψυχῆς ἐνωθῇ, ἀρῆστον ἡδο-
 νῆν καὶ εὐφροσύνην ἐμπίπταται. Τοίνυν, ἀδελφε,
 συνείτησον τὸν νοῦν, τοῦ μὴ ταχέως ἐκείθεν ἐξέρχε-
 σθαι. Πάνυ γὰρ ἐν ταῖς ἀρχαῖς καταβράθυμει ἐκ τῆς
 τῶν ἔνδον συγκλίσεως καὶ στενώσεως. Ἐπὶν δὲ συν-
 τῆσθαι, γένηται, οὐκέτι στέργει ταῖς ἐξω περιφοραῖς.
 Ἢ γὰρ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ἡμῶν ἐστίν·
 ἦν ἐκεῖσε περισκοπῶν, καὶ διὰ καθαρὰς προσευχῆς
 ταύτην ἐπιζητῶν, τὰ ἐξω πάντα στυγητὰ ἡγείται
 καὶ μισητὰ. Εἰ μὲν οὖν ἐκ πρώτης, ὡς εἴρηται, διὰ
 νόδου εἰσέλθῃς εἰς τὸν καρδιακὸν τόπον, ὃν σοὶ ὑπ-
 ἔδειξα, χάρις τῷ Θεῷ· καὶ δόξασον, καὶ σκίρτησον,
 καὶ ἔχου ταύτης τῆς ἐργασίας διαπαντός· καὶ αὐτῇ
 μέλλει διδάξαι σε, ὅ οὐκ ἐπίστασαι. Χρὴ δὲ σε καὶ
 τοῦτο μαθεῖν, ὡς ἐκεῖσε τοῦ νόου σου τυγχάνοντας, οὐ
 σιωπᾶν καὶ ἀργὸς ἔκτοτε ἴστασθαι· ἀλλὰ τὸ, Κύριε Ἰη-
 σοῦ Χριστέ, γιὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με, ἔχειν ἔργον
 καὶ μελέτην ἀπαυστον· καὶ οὐδέποτε ἐκ τούτου ποτὲ
 παύσεται. Τοῦτο γὰρ ἀμετεώριστον συνέχον τὸν νοῦν,
 ἀχέριωτον δεῖκνύει αὐτὸν καὶ ἀψαυστον ταῖς προσβο-

ta possessionem rei a divina sint nacti bonitate. At rari eventus legem ac consuetudinem non faciunt. Quare decus istud affectanti ante omnia quaerendus est dux viae peritissimus, cujus certa informatione per varios qui spiritualem prosoces viam terentibus nobis a dextris et a sinistris occurrent anfractus ac periculosa diverticula, vitare incedendo recta possimus. Haec diverticula sunt excessus et defectus a diabolo tironibus suggesti, ut aut plus aggredientes quam possant, aut minus agentes quam debent, utrovis modo a rectitudine aberrant. Istas ejus artes hostis callidi nos experientia didicimus, ex iis quae passi a tentatore sumus, docemus alios ut eos praemuniamus adversus aegre alioqui vitabiles illius laqueos. Tali qui obtemperat ductori, extra omne periculum dubii ancipitem istam et insidiis infestam multis tuto percurreret viam. Qui autem duce caret, omni eum diligentia quaerat. Quod si omnia conatus non invenit, Deum invocet in contritione spiritus et lacrymis. Haec si cum vera expropriatione ac rerum affectuumque cunctorum abdicatione conjungantur, exorabunt, crede mihi, impetrabuntque quod mox dicam. Sit prior vita tua tranquilla, curis vanis vacua, et cum omnibus pacifica. Deinde ingressus cubiculum tuum, claude ostium super te, et sedens in quodam angulo fac, quae suggero tibi.

Nosti spiritum quem ducimus. Hic aer est. Exspi-

ramus autem ipsum non aliam ob causam, nisi ut cordi consulamus. Cor enim est vitae fons, et caloris corporis. Oportet autem, ut vita constet, invicem temperare caloris ardorem admistione frigoris: in eum usum aer nimium jam in corde calefactus, emittitur et alius aforis introducit frigidus, ut qualitates se mutuo frangentes, in qualem vitam exigit temperiem concilientur. Minister hujus negotii pulmo est, raræ Ideo texture factus a Creatore. Is instar follis indesinenter intro pellit, et foras extrahit corpus tenue circumstant. Hujus beneficio cor, hinc quidem aerem frigidum respiratione attrahens; inde autem jam intra se ferventem reciproca inspiratione repellens, status sibi connaturalis necessariam ad animalis durationem perseverantiam, sine ulla officii ad quod factum institutumque a providentissimo Conditoris fuit, transgressione custodit. Tu ergo, ut dictum est, animo composito, collectaque tua mente in solertem indagacionem viae per quam spiritus divinus in cor tuum illabitur, age quidquid arte omni et contentione vales, quo illum istuc introducas. Praemium hujus operæ magnum est, quod ejus hospitis a lventum ingenti tuo fructu senties. Ingresso enim ipso in cor tuum, tripudiis ibi et gratulationibus cuncta exsultabunt, quemadmodum quando illustris vir e longa peregrinatione, domum revertitur, gaudio fruatur inenarrabili, complexu filiorum et uxoris ex tanto intervallo revisorum sospitum: sic et mens, quando adducta ad se

λαί; τοῦ ἐχθροῦ, καὶ εἰς ἀγάπην καὶ πόθον θεῖον τὸ καθ' ἡμέραν ἀνάγει. Εἰ δὲ πολλὰ καμῶν, ὦ ἀδελφὲ, οὐ δύνασαι εἰσελθεῖν εἰς τὰ μέρη τῆς καρδίας, καθὼς σοι διαταξάμεθα, ποιήσον ὃ λέγω σοι· καὶ μέλλεις, Θεοῦ συνεργουόντός σοι, εὐρεῖν τὸ ζητούμενον. Οἶδας, ὅτι τὸ λογιστικὸν παντὸς ἀνθρώπου ἐν τῷ στήθει ἐστίν. Ἐντὸς γὰρ τοῦ στήθους, σιωπῶντων ἡμῶν τῶν χειλέων, ἐκείσε λαλοῦμεν, καὶ βουλευόμεθα, καὶ εὐχὰς κατατάττομεν, καὶ ψαλμοὺς, καὶ ἄλλα τινά. Τούτῳ οὖν τῷ λογιστικῷ, πάντα λογισμῶν ἐξ αὐτοῦ περιάρας (δύνασαι γὰρ, ἐὰν θέλῃς), ὁδὸς αὐτῷ τὸ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με· καὶ

βίβασαι τοῦτο ἀντ' ἄλλης; ἐννοίας πάντοτε ἔνδον βρῶν. Τοῦτο δὲ ἐπὶ καιρὸν κρατήσας, ἀνοιχθήσεται σοι διὰ τοῦτο καὶ ἡ καρδιακὴ εἰσοδος, καθὼς σοι γεγράφαμεν, ἐκτὸς πάσης ἀμφιβολίας· καθὼς καὶ ἡμεῖς πείρα ἐγνώκαμεν. Ἐλευσεται δὲ σοι, σὺν τῇ πολυποθῆτι καὶ τερπνῇ προσοχῇ, καὶ πᾶς ὁ πῶν ἀρετῶν χορδὸς, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, καὶ τὰ ἐξῆς· δι' ὧν πάντα σου τὰ αἰτήματα κομιεῖ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἀγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

anima foedus firmum cum ipsa iniiit, ineffabilem voluptatem et lætitiā percipit.

Igitur, oro te, frater mi, assuesce mentem tuam ad perseverandum in isto tam utili recessu; nec quantavis conditione acquiescendo in recessum inde. Novitatis periculum fac vincas impetu generoso animi. Ubi primas desidiæ ac lædii, de conclusione intra quasdam istas angustias, tentationes heroica virtute superaveris: prona deinceps plauque se omnia præbebunt. Assuetudo succedet lævigans omnia; nec ullum te desiderium capiet vanarum in exteriora evagationum, cum utique regnum caelorum intra nos sit. Quod in illo statu, positum in sinu tuo undique intuens, et ut proprium id perpetuumque tibi sit, pura oratione postulans, exterius avocantia cuncta, abominanda et odio digna summo reputabis. Vide solum ut e primo, prout dictum est, ingressu penetrare ac subire contendas intra inum ac secretissimum cordis tui fundum: quem tibi, Deo mihi gratificante, monstravi. Exsulta deinceps tibi gratulans et Deum laudans, in eaque exercitatione constanter perdura. Hæc enim te docebit cætera quæ nondum nosti. Oportet autem te et hoc insuper nosse: haud convenire te, mente in eum quem dixi gradum evecta, silere deinceps ac desilere otiosum et elinguent. Exclama decet in hæc verba: «Domine Jesu Christe Fili Dei, miserere mei.» Idque tanquam opus demandatum, continue, usu nunquam intermisso, perge facere, nec desiste quavis causa. Sic enim indeflexe Deo affixam habens et præ te ferens

mentem, omnem de te victoriæ spem tuæ salutis hostibus auferes: efficiesque ut de cætero temperantibus iis a te lacessendo, intacta quietaque ab horum assultibus anima tua felici fruatur pace. Quod si, multo id aggressus conatu, frater mi, nequiveris pertingere (ut ubi præcepimus) in intimos tui cordis sinus; fac quod nunc dico tibi, et Deo adjuvante, per id, quod quæris foveries. Scis rationalem omnis hominis partem in pectore residere. Intra pectus enim, silentibus labiis, loquimur, et consultamus, et precor ordinamus et psalmos, et cætera quæpiam ejus generis. Ei ergo animæ parti quæ talia operanti præest pectori, reliquis prorsus cogitandi argumentis abstractis (potēs enim id si velis) unam hanc operandi præscribe materiam; injungens ut semper dicat: «Domine Jesu Christe, Fili Dei, miserere mei.» Compelleque ac coge ut, omni alia specie rejecta, solam hanc spectet imaginem, continue quod dixi clamans.

Hoc si viceris, aperietur tibi cordis introitus, quo in inum ejus, fructu tuo maximo descendas. Hos nos experientia didicimus: et scientes suademus. Ingredditur autem in te simul cum ista desiderabilissima et jucunda «prosoche», universus virtutum chorus: charitas, gaudium, pax, et quæ sequuntur, per quas omnium tuarum petitionum eventum habebis, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simul et sancto Spiritui, gloria, potestas, honor et adoratio sit, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen



MAXIMUS PLANUDES

CPOLITANUS MONACHUS

NOTITIA

(Fabric. Bibliotheca Græca ed. Harles., t. XI, p. 682.)

Maximus Planudes, monachus Constantinopolitanus, inter eruditissimos suæ ætatis, apud Andronicum Palæologum seniore[m] gratosus, ab eodem ad Venetos a. 1527 ablegatus est cum Leone Orphanotropho, ut ex Pachymeris libro IX Histor. Alatius, *De consensu*, pag. 841, adnotavit. Visit adhuc a. 1555 (a). Scripta ejus hæc mihi innotuere :

Versa in Græcam linguam.

1. *Ciceronis Somnium Scipionis*. Vide Lambecium V, pag. 155, necnon *Macrobi* in idem somnium *Commentaria*. Ms. in bibl. regis Christianissimæ, in Segueriana sive Coisliniana. Labbe, p. 280, *Bibl. novæ Mss.*, et Montfaucon. p. 520, *Bibl. Coislinianæ*. (Fabr.) In cod. nempe Coislin. 355, *Somnium Scipionis*, a Cicerone scriptum, explanatum a Macrobio Ambrosio, Gr. versum a Max. Planude; inc. Ἦλθα ἐπὶ τὴν Ἀφρικὴν ἀφικόμην sequitur Macrobi Ambrosii Explanatio in Somnium Scipionis, Græce versa a Max. Planude; inc. Μεταξὺ τῆν τοῦ Εὐλάτωνος καὶ Κικέρωνος. — Paris. in bibl. publ. sex codd. V. Indic. ad vol. II Catal. mss. bibl. publ. — Florent. in bibl. Laurent., cod. 53, n. 5, plut. 57, Cicero. *Somnium Scipionis*, a Planude Gr. versum; V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. II, p. 387; ibique, n. 41, exstat *Cic. de memoria artificiali*, Gr. interprete forsitan Maximo Planude, uti suspicatur Bandin., l. cit. — Ibid. in cod. 14, n. 1, plut. 80, Planudis versio Gr. Macrobi comment. in idem Somnium. V. Bandin., libro cit., tom. III, p. 213, sq. — Venetiis in bibl. Marc. cod. 508. *Ciceronis Somnium Scipionis* cum Expositione Macrobi; omnia cum versione Græca Max. Planudis. V. Catal. codd. Gr. Marc. p. 275. — Fragmentum s. pars tertii et quarti cap. Macrobi comment. in Somnium Scipionis, a Planude Gr. versi Vindob. in cod. Cæs. 87, n. 18, uti pluribus docuit Kollar. in *Supplem. ad Lambecii comment.* tom. I, p. 559 sqq. — Ibid. in cod. 53, sunt excerpta quædam ex Planudis operibus philosophicis, non magni momenti, judice Kollaro ad Lambec. VII, p. 156. (Hart.)

2. *Cæsaris commentarii de bello Gallico*. Hæc versio primum edita est a. 1606, ex codice Pauli Petavii, a Godofredo Ingermano. De ea illustris Huectius libro de claris Interpretibus, p. 219: *Dubito equidem Guæne an Planudæ, an alteri ejusdem ævi cuipiam Commentariorum de bello Gallico conversione in Græcam, quæ in Petaviana Bibl. habetur, ascribam. Cæsarem illa nonnunquam ducem deserit, et breves tenet excursus, raro tamen et verecunde; cæterum non impura ea, nec invenusta. David Hoeschelius epistola ad Ingermanum, 4 cal. April. a. 1606, Interpretationem Planudis potius, qui et Ovidiana vertit quædam non infeliciter, quam Guæ crediderim quod e phrasium similitudine facile conjecerim. Petrus Scrivarius litteris ad eumdem Ingermanum: Belli Gallici interpretes ille Græcus non est quidem contemnendus, sed tamen haud ita magno litterarum emolumento legitur, ut absque uila studiosorum fraude poterit obli- terari, quisquis est.*

(a) De Maximo Planude confer Vossium, *De poetis Græcis*, cap. 9, pag. 80 sq., et *Desicent. mathem.*, cap. 9, pag. 311; Montfaucon. in *Palæogr. Græca*, pag. 58, qui ait Planudem sub initium sæculi decimi quarti floruisse, notatque Possevin. affirmantem, eum sæculo xv scripsisse. — A. C. 1502, manu sua scriptam esse CPoli in monasterio cognomento τοῦ Ἀκαταλείπτος metapurasin Evangelii S. Joannis, in cod. bibl. Marc. Venet. 481, ipse profiteatur in fine. V. Cat. codd. gr. Marc. p. 255. — Oudin. *Comm. de SS. eccl.* tom. III, pag. 760 sqq., ad a. 1520, ubi multos codd. mss. in quibus Planudæ opera asservantur, enumerat: — Henr. Wharton, in *append. ad Cavei Hist. litter. SS. eccl.* tom. II, pag. 58, ad a. 1510. — Hamber-

ger in *Zuverlässigen Nachricht.*, part. IV, p. 566 sqq.; Saxium in *Onomast. lit.*, part. II, p. 551 sqq. ad a. 1527, qui profiteatur, quando Planudis natura debitum persolverit, sibi non constare, et, si Dorville in *Obs. miscell.* vol. II, tom. III, pag. 429, scribit, *Maximam Planudem ab omnibus obisse tradi 1555*, locupletem sane ejus famæ auctoritatem requirit, notatque Jo. Jac. Reiskium, in *præfat. ad Anthol. Gr.*, p. xvii, arbitrantem Planudem sæculi xiii hominem esse; Stræckm. in *Histor. Christ. eccl.*, tom. III, pag. 500. Adde, si lubet, quæ scripsi in *Introd. in histor. L. G.*, tom. II, part. I, p. 550 sqq., et in *supplement. tom. II, p. 60. HARL.*

3. *Ovidii Metamorphoseon libri Græca prosa redditi*, cujus met phraseos meminit Volaterranus libro xvii Commentar. urbanor. Loca quædam ex illa produxit Nicolaus Heinsius notis ad Ovidium. Etiam *Heroides Ovidii Græce versas* a Planude, memorat post Simlerum Huetius de claris interpretibus (*Fabr.*) p. 217 sq. ed. Stadæ 1680, 8, ubi agit de Max. Planudis versionibus Græcis. — *Metamorphoseon versio Romæ* in bibl. Vaticana, et Venet. in bibl. Marci. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 12 et 476. — *Epistolarum ac Metamorphos.* versio, Romæ in ead. bibl. ibid. p. 34, ibid. p. 501. In bibl. Ambros. Mediolani, sunt plura Max. Planudis opp. nempe de constructione verborum, bis; — de metris; *Metamorphos.* Ovidii; — de indissolubilibus contradictionibus; de pedibus oratorum; — dialogi; — epistolæ; — anthologia epigrammatum et Catonis sententiæ: ac p. 502 in ead. bibliotheca Ovidii *Metamorphoses* et *Heroides*, in Græcum a Max. Planude translatae, cum scholiis, bis. — Ibid. p. 622 in bibl. Escorial. regis Hispan. Ovidii *Epistolæ*, per Planudem Gr. versæ. — Ibid. p. 632, in bibl. regis Angliæ, Ovidii *Metamorphos.* a Planude Græce conversæ. — Paris. in bibl. publ. cod. 2849, Ovidii *Metam.* libri octo priores, e lingua Lat. in Græcam conversi a Max. Planude; et in cod. 848, eorumdem librorum quindecim priorum, atque *Heroid.* Ovidii et metaphrasis, auctore Max. Planude. (*Harl.*)

4. *Catonis Disticha moralia Græcis expressa versibus*, de quibus in bibl. Latina lib. iv. cap. I, § 8 (e). Adnotationes Græcæ marginales et interlineares, quæ mss. sunt in bibl. Cæsarea, Lambec. V, p. 215, non viderunt lucem. (*Fabr.*) Lamb. V, p. 442 sqq. ed. Kollar. n. 34, cod. 267. — In eod. vol. p. 617, n. 20, cod. 332. — In vol. VII, p. 535, in cod. 133, n. 27. cum adnotat. Græcis marginalibus atque interlinearibus. — Paris. in bibl. publ. undecim codd.: (V. Ind. ad Cat. Mss. Paris. bibl. Reg. vol. II, sub voc. *Maximus Planudes.*) — Oxon. in cod. Barocc. 64. — Venetiis, in bibl. Marc. cod. 83, ff. v. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 60. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 12, n. 2. plut. 32; — cod. 7, n. 16, plut. 55; — cod. 23, n. 8, plut. 56, cum glossis interlinearibus et scholiis marginalibus; — cod. 41, n. 15, plut. 59; — cod. 16, n. 6, plut. 60, cum permultis glossis interlinearibus instar perpetuæ paraphraseos et scholiis subjectis; — in cod. 13, n. 12, plut. 80; — in cod. 26, n. 1, plut. 80. cum uberimis glossis interlinearibus; et in cod. 23, n. 2, plut. 81. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laurent. II, p. 135, 259, 327, 575, 606; et vol. III, p. 203, 215 atque 236. — Leidæ, in bibl. publ. inter codd. Vossianos, in duobus codd. V. Catal. bibl. Leidens. p. 396, n. 23, ac p. 398, n. 52. — Mosquæ in cod. synod. 247, n. 2, cum scholiis in margine adjectis, et cod. 248, n. 1. Vid. Matthæi Notitiam cit. p. 160. — Romæ, in bibl. Vatic. inter codd. reginæ Suevicæ, n. 653. *Catonis Sententiæ*, et Boethius, *De consolatione philosophiæ*, a Planude Gr. versus, atque ejusdem Epitaphium, auctore quodam Gregorio; ibid. n. 651. Dioplanti *Arithmetica*, in cujus calce quædam ex Maximo Planude adjunguntur. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 28 D. — Ibid. p. 393 E Cato Planudis, in cod. August. Vindel. LXV. (*Harl.*)

5. *Boethii De consolatione philosophiæ*, cujus Græca versione ms. in bibl. regis Christianissimi, usus in sua Boethii editione Renatus Vallinus. Ex ms. Cæsareo quædam producit Lambecius, VII, p. 145 sq. [p. 310 sqq. ed. Kollar.] Alius pulcherrimus codex Græco-Latinus, ann. 1478, a Petro Montaguana donatus monasterio S. Justinæ; exstat in bibl. Segueriana sive Cosliniana. Vide Montfaucum, p. 149. In Cæsareo codice leguntur etiam prolegomena Græca et adnotationes marginales. (*Fabr.*) Paris. in bibl. publ. codd. *De consolatione philosophiæ*, cum scholiis, 1992, tum 2094, et tribus sequentibus, in quorum ultimo ad calcem epilogus, ubi de Boethio quædam minus obvia occurrere dicuntur, et 2571, n. 5. — Ibid. Boethius *De dialectica*, interprete Planude in cod. 2094, 2, ubi tamen una tantum pagina superest: acc. quoque scholia; — in cod. 2103, n. 2, et 2830, n. 6, cum scholiis, ad marginem conjectis. Conf. Montfauc. Palæogr. Gr. p. 83. — Mosquæ, in codd. synod. 247, n. 3, cum scholiis, et 313, n. 1, et Planudæ Interpretatio libr. Boethii de consolatione philosophiæ; v. Matthæi not. cit. p. 160 et 205. — Eadem, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 7 B, C. Iudem Planudis dialogi *De grammatica*; *De syntaxi*, et opera plurima, Romæ, in bibl. Vaticana, — p. 494 A; *De consol. philos.* cum scholiis, a Planude Gr. versus, item de *Trinitate*, bis, Mediolani in bibl. Ambros. — In bibl. Escorial. v. Pueri Itiner. per Hispan., p. 160. Boethius etc. Latine, et cum Græca Planudis versione, atque commentariis Latinis, in cod. Coslin. 84. V. Montfauc. l. cit. p. 140. (*Harl.*)

6. *S. Augustini de Trinitate libri XV*, mss. in bibl. Cæsarea. Vide Lambec. IV, p. 159, 160 (f).

(e) P. 259, tom. III ed. Ernesti: ego autem in Breviore notit. literaturæ Rom. pag. 698 sq. egi de edit. Catonis per Mathiam Garbictum (qui Planudis disticha e Catone correxit ac supplevit), Tubing. 1545, 8. — de edit. Antwerp. 1568. cum Planudis versione Gr. — de edit. Amstel. 1759, 8, cujus tomo II præmissa est Planudis metaphrasis Gr. cum castigat. Jos. Scaligeri; tum in Breviore notitia in usum scholarum p. 208, de Catonis sententiis Gr. per Planud. in vol. inscripto: *Εὐχερίδιον γραμματικῆς εἰσαγωγῆς* Florent. 1515 et 1516. (*Harl.*)

(f) Sive p. 356, ed. Kollar. cujus notam conferes, n. 1, cod. 161, et p. 360; in cod. 162. — *Monac.* in cod. Bavar. 52. V. plura apud cl. Harlt. in Aretini *Beyträgen*, etc., a. 1804, part. 1, p. 22. — Florent. in bibl. Dominicanorum S. Marci. V. Franc. Anton. *Zachariæ iter litterar. per Italiam*, Venet. 1762, 4, p. 54. — Paris. in bibl. publ. codd. 828, n. 1, et 829. — Romæ in bibl. Vaticana, adnotata alia ejusdem operi, a Demetrio Lydone facta versio, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 12. (*Harl.*)

Etiam illa, ubi de processione Spiritus S. ex Patre Filioque tractatur, fideliter vertisse, notat Bessarion apud Alladium, *De consensu*, p. 842. Locum ex ea versione Græcæ editum Romæ a. 1650 notat Whartonus [ad Cavei *Hist. litter.* cit. II, p. 58]. Græcæ et Latine cum Jo. Leunclavii versione prodiit ad calcem Leontii *De sectis Basil.* 1578, p. 584-599, et in *Auctario bibl. Patrum Ducænon*, Paris. 1624, tom. I.

7. Etiam libros Augustini *De civitate Dei* a Planude Græcè versos tradit Gesnerus in *libl.* p. 519.

8. Volaterranus lib. xvii *Commentar. urbanor.* et ex eo Gesnerus ac Simlerus scribunt, *Macrobii Saturnalia* a Planude Græcè versa esse; quod agere mihi persuadere, et commentarios in Somnium intelligendos esse suspicor. (*Fabr.*) In inscriptione cod. 34, n. 1, plut. 80. Florent. in *libl. Laurent.* Σχηματισμός θνατός, etc. *Scipionis somnium, conscriptum quidem a M. T. Cicerone, expositum vero a Macrobio Ambrosio, et in Græc. linguam translatum a sapientissimo inter monachos Maximo Planude.* V. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laurent.* III, col. 213 sq. *Add. Lambec.* IV, p. 125 seq., et de *codd. Coisl.* aliisque supra, ad n. 1. (*Harl.*)

[*Thomæ Aquinatis primæ partis Summæ quæstiones 49. Priores translatae per Maximum Planudem.* Oxon. in *cod. Barocc.* 65, ad quem confector mss. Angliæ etc. vol. I, p. 7.— « Liber ipse, ait, ἀνεπίγραφος. Planudi tamen tribuitur in catalogo impresso; nescio, quo auctore. Nam Demetrium Cydonium vertisse librum Aquinatis, testatur Possevinus. » Florentiæ in *cod. Laurent.* 18, n. 4, plut. 4. Procerum anonymi. in versionem Gr. alicujus operis S. Thomæ Aquinatis, quod, Bandinius in *Cat. codd. Gr. Laur.* I, p. 515, « forte est, inquit, Maximi Planudis, aut alterius Græci viri Latini infensi; illos enim in hoc Procerio valde carpit. » Consule Echaridum in *Historia scriptorum ordinis Prædicatorum*, tom. I, p. 346.— Simpliciter vero a Montfaucon. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 505 E., Mediolani in *cod. bibl. Ambros.* esse dicitur S. Thomæ Aquinatis Expositio orthodoxæ fidei, Græcè, interprete Maximo Planude. (*Harl.*)]

9. *Donati grammatica parva*, mss. in *libl. Bodleiana* *cod. Barocc.* 71. (*Fabr.*)

[*Maximo Planudi a Montfaucon.* l. c. p. 645 C, tribuitur versio Gnomarum Platonis, Oxon. in *libl. Bodlei.* *cod. Barocc.* n. 124; sed nescio, an id culpa Montfaucon. aut alius vitiose scriptum sit; in *Cat.* quidem mss. Angliæ etc. vol. I, p. 27, in illo *cod. Barocc.* inesse traditur Maximi Planudis versio Gnomarum Catonis. Ita quoque erravit Oudin. l. c. col. 762, cum scriberet, in *cod. Norfolc.* 529 s. n. 543 *Cat.* mss. Angliæ, etc. tom. II exstare *Disticha Platonis* per Planudem; nam in *Cat.* dicto p. 84 discrete rectiusque editum est, Catonis disticha per Planudem. (*Harl.*)]

Græcæ scripta.

Romanæ initio fidei fuisse Planudem (g) eamque ob rem ab imperatore CPol. multa passum, in custodiamque tandem conjectum et contra sentire coactum fuisse, tribus editis contra Romanam Ecclesiam argumentationibus refert Volaterranus.

10. *Capita ejus tria de processione Spiritus S.* cum Bessarionis et Georgii Metochitæ responsione, Græcè et Latine edidit Petrus Arcudius in opusculis aureis, Romæ 1630, 1674, 4; Nesselius I, p. 22, etiam quartum Planudis caput commemorat, quod incipit: Ὅτι καὶ ἐν ἑπαίσι τοῖς οὖτοις ἡ Γραῖα θεωρεῖται, et p. 345 : Λόγον περὶ πίστεως διῶνιν in capita XX. Incip. Βάσης ἀγαθῆς πράξεως. (*Fabr.*) Secundum Lambec. *Commentar.* IV, p. 559, ed. Kollar. in *cod. Cesar.* 161, n. 4, *De processione Spirit.* sc. citi argumentationes tres contra Latinos: inc. Ερωτητέον, πόταρον ἢ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσιν ἄλλη καὶ ἄλλη ἐστίν et n. 6, argumentatio (quæ est quarta) contra Latinos *De process. Spirit.*

(g) Planudes vir elegantissimæ sapientiæ atque infinitæ eruditionis, quem sibi asserunt nequidquam Photiani, ut alibi (in testimonio Græcicæ) ostendimus, æquandus sane cuilibet Latinorum sapientissimo, quippe mira felicitate et elegantia, difficillima quæque proponens et ardua dissolvens, infinitis operibus Græcicam, imo litterariam remp. universam auxit. Hæc Nic. Comnenus p. 190 *Prænot. mystag.* — Raphaelis Volaterrani, libro xvii *Commentariorum urbanorum*, notabile quoddam non solum ipsius, sed et cardinalis Bessarionis testimonium de eodem Planude, simul et judicium, subnectimus: *Maximus Planudes, monachus Constantinopolitanus, vir plane doctissimus, vehementisque ingenii, ab incæ annos ferme centumquinquaginta, Romanæ ab initio fidei favit, ob quam rem ab imperatore Constantinopolitano multa passus, in custodiam tandem conjectus, contra sentire coactus est, tribus editis contra Romanam Ecclesiam argumentationibus. Quas nostræ ætate Bessarion cardinalis Nicanus perlegens mirari solebat, virum cujus in scriptis excellentem, summumque philosophum, tam inruditis infirmosque edidisse syllogismos: haud ob aliam putabat causam, quam quod ea quæ metu perscripserit, animo improbuverit, refellendæque vel curæ fac. le præberet. Hujus plura exstant inquit*

monumenta. Nam Ovidii *Metamorphoseos* librum et *Macrobius De Saturnaliis*, in Græcum sermonem convertit, ambos prosa oratione. Problematum Volumen composuit, Rhetoricos Commentarios super Hermogenem scripsit, Epigrammata Veterum Græcorum resectis lascivioribus, in unum jam vulgo sparsum volu. ven. coegit. Hæc de Maximo Planude Raphael Volaterranus. Bessarion autem in *Responsione ad quatuor argumenta Maximi Planudis, de processione Spiritus sancti*, ita de illo loquitur: Οὐ γὰρ ἂν ἐγὼ σοῦ, ἀνδρῶν ἀρίστη καὶ σοφώτατε, καταγνώσκην. Οὕτω πάντων ἐξήσκημένου παιδείαν, οὕτω δὲ διαβέβηχτος ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ θεωρίᾳ, καὶ ὅλα πάντων μὲν μαθημάτων ἐδούσαντος, εὐδοκίμησαντος δὲ ἐν ἅπασιν, πρὸς δὲ τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Λατικῇ γλώσσῃ εἰς ἄπρον ἐξήσκημένος. Non enim de te, ut opinor atque sapientissime, male sentirem: qui in omni disciplinarum exercitatione versatus es, ita autem per philosophiam et contemplationem pertransisti, per omnes quidem scientias accessisti, et in omnibus approbationem habuisti, tum ad Græcæ linguæ Latine quoque perfectissime adjungens. Quibus et adversa tibi Bessarionis verbis egregie simul Maximi Planudis eruditio concluditur. ΟΥΔΙΝ.

sancti. Init. Ὅτι καὶ ἐν ἑκαστῶν τῶν ὄσων ἡ Τριάς Θεωρεῖται. — Ibid. vol. V, p. 446, in cod. 269 n. 1, Ἀδ-
γος· περὶ πίστεως, sive liber contra Latinos *De process. Sp. sancti ex solo Patre*, in capp. viginti divisus,
et Lambec. appellat Leon. Allat. lib. II, *De Eccles. Occid. et Orient perpetua consensione*, cap. 17, § 4. —
Tres argumentationes, Venetiis in bibl. Marc. codd. 453 et 506. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 85 et 271. —
Florent. in bibl. Laurent. cod. 44, n. 6, plut. 10, *De process. Spir. sancti contra Latinos*, syllogismi quatuor
cum Bessarionis responsionibus. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 485. — Paris. in bibl. publ. codd.
828 n. 6, capita quatuor *de process. Sp. S.* cum Bessarionis et Demetrii Cydonii responsione, et cod. 1270,
n. 6, capita de eadem; et capitibus singulis subjunctæ sunt Bessarionis et Dem. Cydonii responsiones.
(Hart.)

11. *Sylloge canonum* adhuc inedita, quam eloquentissimam vocat Nic. Comnenus, p. 4; *Nomocanonem*
citat p. 363. Titulum περὶ χειροτονίας; p. 70, 74, 190, 220, 274.

12. *Orationes II, de viribus precum*, ex quarum posteriore locum a Suario expressum, dissimulato no-
mine, notat id. p. 6.

13. *Orationem de veritate* laudat id. p. 343.

14. *Oratio in apostolorum principes Petrum et Paulum*, sub Gregorii Nysseni nomine edita Ingolstadt.
1620, 4, a Gretsero, ab Allatio p. 87, *de Simeon*. et p. 294 et 295 *De consensu*, et a Lambecio IV, p. 57
[p. 119 sqq. Koll. n. 12, cod. 109.] et VIII, p. 70 sq. (h) Planudi vindicatur. Incipit: Ἐδόκει μοι λέγειν τι
περὶ τῶν ἀποστόλων.

15. *Oratio in sepulturam Christi et B. Virginis planctum funebrem*: Εἰς τὴν Θεόσημον (i) ταφὴν καὶ εἰς
τὴν ἐπιτάφιον θρήνον, etc. Incipit: Ἄ μὲν ἂν τις εἰκάσῃ τεκμήριον. Græce prodit Paris. 1557, apud
Andream Wechelium: Latine ex Joachimi Axonii Gravian. versione exstat in *Supplemento Bibl. Patrum
Coloniensi*, ann. 1622, et Morelliano Paris. 1639, tom. I, p. 856, et in *Bibl. Patrum* edit. Lugd.
tom. XXVII. (Fabr.) Et Paris. 1644, fol. p. 836. V. ad n. 14. Eadem Paris. l. c. codd. 1187, n. 4;
1220, n. 10; 1248, n. 8; et 3010, n. 20. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 35, n. 24, plut. 59. V. Ban-
din. l. c. II, p. 366. (Hart.)

16. *Laudatio S. Diomedis martyris* citatur ab Allatio, p. 202, contra Hottingerum. (Fabr.) Ms. Paris.
in bibl. publ. cod. 1211, n. 5, et 1010, n. 22. — Mosquæ in cod. synod. 302, n. 80. V. Matthæi l. c.
p. 198. — Lambec. IV, p. 124. — Florent. in cod. Laurent. 22, n. 4, plut. 56. V. Bandin. l. c. II,
p. 327. (Hart.)

(h) In bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, co-
dice ms. theologico Græco 409, num. 12, ut ha-
bet Lambecius libro IV Commentariorum hujus
bibliothecæ pag. 54, exstat et quidem a fol. 158,
pag. 1, usque ad fol. 170 pag. ultima, Maximi Pla-
nudi oratio ἀκέφαλος sive mutila principio in *sanctos
apostolos Petrum et Paulum*, quæ ibi nunc in-
cipit his verbis, Καὶ ὡς πάντα; εὐφύχως ἔφερον, etc.
Hanc autem orationem ita mutilam sub S. Grego-
rii Nysseni nomine, ex hoc codice ms. Cæsareo
separatim in lucem edidit Jacobus Gretserus 1620
Ingolstadt, Græce et Latine, typis Ederianis, in-8;
inque in Præfatione ad lectorem, ubi iudicium
suum de eadem oratione indicat, hujus ms. codicis
Cæsarei unde orationem hanc eduxit, expresse at-
que etiam nominatim mentionem facit. Licet autem
ex manuscript. codicis hujus fide ac titulo istam
orationem S. Gregorio Nysseno inscripserit, fateatur
tamen stylam illius a stylo S. Gregorii Nysseni dis-
crepare non me. locriter. Sic revera S. Gregorius
Nyssenus non est auctor hujus orationis, sed *Maximus
monachus Constantinopolitanus cognomine Pla-
nudes*, qui migravit circiter 938 annis S. Gregorio
Nysseno junior est. Omit enim S. Gregorius Nyssenus
anno 395 vel 396. Maximus autem Planudes
circa annum Christi 1350 floruit, ut non solum ex
ipsis *Epistolis*, quæ in bibliotheca Cæsarea Vien-
nensi mss. exstant, verum etiam ex titulo Raphaelis
Volaterrani testimonio, quod antea exhibitum est,
lucenter videre licet. Eadem autem oratio in *sanctos
apostolos Petrum et Paulum* quam Gretserus
sub nomine sancti Gregorii Nysseni mutilam edidit,
his jam a Lambecio integra reperta est sub no-
mine Maximi Planudis, in duobus mss. co-
dicibus Græcis bibliothecæ Cæsareæ, quorum unus
ordine X inter mss. codices historicos Græcos,
alter autem inter codices mss. philologicos Græcos
locum obtinet. In priori horum duorum codicum
exstant præter Nicephori Gregoræ et Gregorii Cy-

prii patriarchæ Constantinopolitani varias oratio-
nes panegyricas, etiam orationes duæ Maximi Pla-
nudi: altera num. 4, altera num. 5, quarum pri-
ma inscribitur, *In sepulturam Christi et deatissimæ
Virginis Deiparæ planctum funebrem*, atque incipit
his verbis: Μαξίμου μοναχού τοῦ Πλανουδῆ εἰς τὴν
Θεόσημον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,
καὶ εἰς τὴν ἐπιτάφιον θρήνον τῆς Θεοτοκοῦ. Ἄ μὲν
ἂν τις εἰκάσῃ τεκμήριον τὴν προϋσαν ἔχων κατα-
στασιν, etc. Meminit hujus etiam orationis Leo Al-
latus in *Diatriba De Simeonum scriptis*, pag. 82.
Secunda autem *In sanctos apostolos Petrum et Pau-
lum* hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς ἁγίους, ἐνδόξους,
καταυφύχους καὶ κορυφαίους τῶν ἀποστόλων
τοῦ Χριστοῦ Πέτρον καὶ Παῦλον. Ἐδόκει μοι λέγειν
τι περὶ τῶν ἀποστόλων προϋμουμένων, μηδὲν εἶ-
ναι πόνου πολλοῦ πρᾶγμα, μηδὲ χαλεπὸν ἐγγει-
ρῆσαι, etc. Hæc nempe est illa ipsa oratio quam
Gretserus sub S. Gregorii Nysseni nomine mutila
edidit, his verbis incipientem: Καὶ ὡς πάντα
εὐφύχως ἔφερον, etc. Ante hæc enim verba, integra
tredecim folia in 4 desunt, minutis litteris compres-
se scripta. Eodem modo eadem oratio suppleri po-
test etiam ex altero illo codice ms. Cæsareo, qui
inter codices mss. philologicos et philologicos Græcos
sexagesimus primus olim fuit. In eo enim præter
Maximi Planudis epistolas centum viginti duas,
*Comparisonem veris et hemis et Orationem in san-
ctum martyrem Diomedem* exstat quoque ejusdem
Planudis supra dicta *Oratio in sanctos apostolos
Petrum et Paulum* quæ inscribitur ibi atque incipit
hoc modo: Τοῦ σοφωτάτου κυρίου Μαξίμου τοῦ
Πλανουδῆ ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους, ἐνδόξους καὶ
καταυφύχους κορυφαίους τῶν ἀποστόλων Πέτρον
καὶ Παῦλον. Ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν ἀπο-
στόλων προϋμουμένων, μηδὲν εἶναι πόνου πολλοῦ
πρᾶγμα, etc. Eadem exstat inter mss. codices Bo-
noniens. Bibliothecæ codicis 44, num. 3, p. 304. Oportet
(i) La Forge pro Θεόσημον, in Casauboniano, p. 594

17. *Vita Arsenii patriarchæ CPol.* a Nic. Comneno, pag. 74.

18. *Tria epigrammata historica in templum S. Andreae confessoris imaginum* a Theodora Augusta instauratum, quæ Græce edidit Cangius ad Zonaram, p. 35 seq., et emendavit J. Boivinus notis ad Nicephorum Gregoram, p. 854. De templo illo idem Cangius, lib. iv *CPolis Christianæ*, p. 112.

19. *Aliud in templum SS. Marciani et Martyrii.* Cangius ad Zonaram, pag. 44. (*Fabr.*) Versus varii et precatiuncula, Paris. in bibl. publ. cod. 1211, n. 6. — Monac. in cod. Bavar. 49. Versus, hymnum habentes secundi adventus: In Christum; in supplicium, et in omnes SS.; tum versus 21, in humanum quemdam nobilem elegiaci; dein versus in crucem, quam tulit, et in reflexionem atque in S. Mariam; porro versus heroico-elegiaci in portam monasterii; alii versus; denique versus sex in Annuntiationem angelicam, totidem in Resurrectionem et quatuor in S. Constantinum. Plurima illa brevia carmina Gr. edidit cel. Hardt. in *Aretini Beyträgen*, etc. a. 1803, part. vi, p. 38, 45 seq. — Matriti in cod. regio 72, Laus Ptolemæi geographi, versus heroici 47, quos et seq. tristichon hexam. in eumd. Gr. publicavit Iriarte. in *Cat. codd. Græc. Matrit.* p. 265, *ibid.* carm. in nobilem, etc. Florentiæ in cod. Laurent. 7, n. 13, plut. 55. Sententiæ et epigrammata externorum sapientum, ex iis quæ collecta sunt a Max. Planude, cum scholiis et glossis interlinear. de quo multus est Bandin. l. c. II, p. 256. — *Ibid.* p. 368 seq. Epigrammata duo moralia, n. 7, cod. 24, plut. 57; — n. 14, Tetrastichon elegiacum in novercam; — n. 15, Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, versus heroicis 20 conscripta, — n. 16 et 17, ejusd. forte Planudis duo Epigrammata iambica anepigrapha, alterum versus 12, alterum versus 13. — Versus heroici in Geographiam Ptolemæi, in cod. Coislin. 355. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 520. Idem et alii in cod. Monac. Bavar. C. V. Hardt l. c. a. 1804, part. 6, p. 29, ubi adnotat, illos versus falso attribui Manuelli Moschopulo, et Gr. prodiisse in Iriarte. *Cat.* (l. c.), tres autem ultimos etiam in ed. Basileensi. (*Hartl.*)

20. *Enarratio de Dominicis thematibus Hierosolymis.* Meminit Gesnerus in bibl.

21. *Epistolæ 122 mss.* in bibl. Cæsarea, una cum ejus homiliis supra memoratis in Petrum et Paulum apostolos, martyremque Diomedem. Vide Lambecium IV, p. 56; Nesselium IV, p. 138. (*Fabr.*) Lambec. IV, p. 122, 124, ed. Kollar. ubi cod. quemdam, qui in bibl. Vindob. custoditur, laudat, et in nota: « Prima, inquit, illarum centum viginti duarum Epistolarum scripta est ad imp. Joannem Palæologum, imp. Andronici Junioris filium, qui cœpit imperare ann. 1347, et ann. 1384 obiit; secunda autem ad Manuelem, fratrem memorati Joannis natu minorem. » — *Ibid.* in vol. VII, p. 524, n. 3, cod. 123, in quo exstat Planudis Epistola, cujus principium est: Ἐφήμην ποτὲ καταδύσασθαις. (V. n. 35) — Eleuchum s. Indicem Epistolarum Planudis, centum et viginti, uti in codice Cæsareo exhibetur, Dorville in *Miscellan.* observat. in auctores, etc., vol. II. tom. III, Amstel. 1753, 8, p. 448 seq. edidit, et p. 446 seq. ex illo cod. epistolam quintam et octogesimam Planudis ad Manuelem Philen, Græce cum Lat. versione evulgavit. — Monaci, in cod. Bavar. 50, sunt 118 epistolæ ad diversos: sed si versus s. carmina inserta, et a me ad n. 19 relata, etiam epistolæ habentur, 122 epistolæ numerari possunt. Singularum vero epistolarum initium et finem, et nomina eorum, ad quos scriptæ sunt, nisi nomen exesum est, uberius reposuit Hardt, in *Aretini Beyträgen*, etc., ann. 1803, part. vi, p. 27-45. — Matriti in cod. Reg. 72, 114 seq. undecim Planudis epistolæ, quas recenset Iriarte in *Cat. codd. Gr. Matrit.* p. 260. — Taurini in bibl. reg. cod. 351 viginti Planudæ epistolæ. V. *Cat. codd. Gr. Taur.* p. 482. — Florent. in cod. bibl. Laurent. 16, n. 16, plut. 32, ex Planudæ epistolis excerpta; in cod. 3, n. 22, plut. 56, epistolæ 23, n. a nona usque ad tricesimam primam; in cod. 22, n. 1, plut. 56, in quo sunt 121 epistolæ V. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* II, p. 142, 299, in primis p. 320 seq., ubi ille primum initia singularum, servato ordine, quo positæ sunt in isto cod. dein per alphabetum digesta principia exhibuit. — *Ibid.* in cod. 30, n. 6, plut. 59, Planudis epistola ad Philanthropenum, quæ est serie Epistolarum in cod. memor. 22, ordine 48 et anepigrapha. V. Bandin. l. c. p. 551. (*Hartl.*)

22. *Comparatio hiemis et veris* in eodem codice Cæsareo. (*Fabr.*) Monac. in cod. Bavar. 50. V. Hardt, l. c. a. 1803, part. vi, p. 47. — Florentiæ in cod. Laurent. 22, n. 5, plut. 56, *Laudatio hiemis.* luc. Οἶμαι καὶ πρὸς; μόνην τὴν ἀροήν. V. Bandin. l. c. II, p. 327. — *Hiemis et veris comparatio*, Paris. in bibl. publ. codd. 1187, n. 3; 1638, n. 7; 5010, n. 23, et sec. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* pag. 925 E, in cod. Colbert. (*Hartl.*)

23. De Planudis *Grammatica, Dialogo de quæstionibus grammaticis*, qui inscribitur *Neophron et Palætinus*, nec non de *Syntaxi* dictum a me est volum. VI, p. 348 [ibique not.]. *Epimerismata* ejus memorat Gesneri bibl. (*Fabr.*) Adde in not. memor. citatis codd. Matriti in cod. Reg. 99, Planudæ *Dialogus de Grammatica*, qui inscribitur *Neophron et Palætinus*. — Ejusd. de *syntaxi octo partium orationis*, et de *syntaxi verborum transitivorum et intransitivorum*. — *Ibid.* in cod. 95, Planudæ de verborum *syntaxi*, de *transitivis et intransitivis*, ordine alphabetico; tum de *syntaxeos speciebus*, quæ *syntaxis* ex integro isto, s. *Grammatica* (quæ etiam exstat Florent. in bibl. monasterii bibl. Mariæ Benedictinorum, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 416 B. et in *Palæogr. gr.* p. 70), excerpta videtur: quos codd. plenius recenset Iriarte in *cat. codd. Gr. Matrit.* p. 387. seq. (ubi quoque alios codd. in aliis bibliothecis asservatos laudat), p. 391 et p. 371 seq. — Venetiis in cod. Naniano 504, de verborum *syntaxi*, de *transitivis et intransitivis*, etc. V. *cat. codd. Gr. Nan.* p. 509 seq., n. 5, 6, 7. — Secundum Montfauc.

Bibl. biblioth. mss. p. 6 A, p. 7 C, p. 8 C, p. 35 A, p. 91 A. ter. Romæ in codd. bibl. Vaticanae Max. Plan. de grammatica græca, de syntaxi, etc. — ib. p. 504 B. Mediolani in bibl. Ambros. (v. supra ad n. 3.) — *ibid.* p. 1200 B. in bibl. *Guil. Pelliserii*, de syntaxi. — Florent. in bibl. Laurent. col. 10, n. 15. plut. 81, inter codd. Gaddianos ex Technologia Planud. excerpta : inc. Ἐντέτηχεν ἀντὶ τοῦ ἐγκάθορτι. v. Bandini cat. codd. Gr. Laur. II, col. 429 seq. — In cod. *Coisl.* 192, quædam ex Max. Planude, et ejusd. Quæstiones grammaticæ, s. dialogus Neophr. et Palæstini. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 245. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 24, n. 12, plut. 57, Planudis *Epimerismata* (ἐπιμερισμοί). opus valde longum, cujus inscriptio arcanis litteris est exarata : inc. Φοινίκη ἢ Σοφία. καὶ Φοινιξ ὁ Σόρος, καὶ φοινιξ δένδρον, καὶ φοινιξ τὸ μοναδικὸν δρυεον · vid. Bandin. cat. codd. Gr. Laur. II, p. 368. (*Harl.*)

24. *De vita Æsopi fabulisque Æsopicis*, Maximi Planudis stilo digestis, dixi lib. II, cap. 9. §. 2, et 5. (*Fabr.*) (Vol. I, p. 619 seq. et 624. seq.) (a) Æsopi vita et fabule per Max. Planudem, Mediolani in bibl. Ambros. V. Montfauc. *Diar. ital.* p. 16. — Paris. in bibl. publ. codd. 1773, n. 23 ; 2890, n. 1 ; 2890. 2900 et seq. Æsopi vita. (*Harl.*)

25. *Anthologia epigrammatum Græcorum* a Planude recensita. Nemini enim persuadebit Jo. Harduinus, quod pag. 495 Opp. select. illum, scribit, non repurgatorem tantum, ut vulgo habetur, sed refusus auctorem esse anthologiam. Auctor tamen lemmatum, quæ epigrammatibus præfixa sunt, habetur. notantibus Huetio pag. 34, et Fabricio, qui etiam de titulo ἀνθολογίας citat *Benedicti Averanii* diss. I, tom. I Opp. et in ejus laudem diss. 21. Cephalæ autem anthologiæ novam induit formam, ita, ut illam, Akathia exemplo, in septem libros distribueret, neque tamen eadem, quæ Agathias, in quodque referret volumem. Multa enim omisit carmina, et quam plurima obsceniora vel resecurit, vel interpolavit. Atque scholam. Græc. libro VII præmissum : Ἐν τῷδε τῷ ἐβδόμῳ τμήματι περιέχεται ἑταιρικά τινα ἀποφθέγματα. τὰ μὲν ὡς ἐγκώμια, τὰ δ' ὡς ἐπιστολαί, τὰ δ' ὡς ἀνέκαστον ἐτυχεν, ὅσα μὴ πρὸς τὸ ἀσεμνότερον καὶ ἀσχηρότερον ἀποκλίνει. Τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλὰ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ὄντα παρέλιπε, φησὶν ὁ Πλανούδιος. Fulvius autem Ursinus in suo codice adnotavit : Ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐν παλαιῷ εἰσι παρ' Ἀγγέλου τοῦ Κολλωσιῶτος (a). Planudes vero, quod obscena resecurit, id bene ac prudenter egit, nec ea iterare et quasi commendare personam monachi decuit. Enimvero cum neque historicus, neque poeta bonus esset, haud debuerat interpolare, multo minus, multa Meleagri Philippique proscribens obscena, ex recentiore tamen ævo Silentiarii, Macedonii aliorumque nihilo illis castiora recipere. Id igitur fecit, ut multa relinqueret, alia resecurat, non tam pudoris, quam compendii ratione ductus, Cephalæque volumem ad minorem redacturus molem. Alioquin non omisisset permulta, eaque pudica epigrammata dedicatoria. Illius quidem itidemque monachorum causam sirenue defendit Varassor ; attamen eum non absolvit. Conf. Brunck. præfat. pag. 4 sq. Quæstio autem atque illius examen, num et quatenus carmina veterum flagitiosa typis evulgare liceat, ad nostrum non pertinet studium ; et multi in hanc palæstram descenderunt. Vid. quæ Reiske et Klotz. in præfat. suis disputarunt, aliorumque attulerunt judicium. Ista a Planude compilata Anthologia per plura sæcula litterarum typis sola erat vulgata.

26. *Scholia ad libros priores duos arithmeticæ Diophanti* (b). Maximi Planudis scholia in arithmeticam

(a) Maximum Planudem partim ex mendaciis quæ ipse excogitavit, partim ex fabulosis Arabum traditionibus Æsopi vitam consarcinasse, judicat de la Croze in Thesaurio epistol. Lacroziano, tom. III, pag. 155, in epistola quadam ad Jablonskium : qui in responsione (tom. II Thesauri, p. 170 sq.) non solum probat Crozii sententiam, sed addit quoque, se deprehendisse sæpius, Planudem ea quæ in vitis philosophorum de aliis relata legisset, more eorum qui fabulas romanenses contextunt, ad heroem suum transtulisse. Apophthegmata igitur, quæ Planudes Æsopo adfluxit, item narrationes de βραδυγλωσσία Æsopi aliasque uberior docet, non multum abhorrere ab iis quæ veteres de Demosthene, Biante aliisque commemorarunt, et Planudem plura deprompsisse e Plutarchi convivio VII sapientum, quia illic Æsopus interloquens introducatur. *HARL. tom. I Biblioth.*

(b) Diophantus, Alexandrinus, licet ab aliis ante Christum natum visisse (a), ab aliis Neronis vel Antoninorum tempora attingisse tradatur, tamen quando vixerit, incertum reliquit ; nullius enim scriptoris, nullius rei meminit, e quo tempus, quod ingenio suo illustravit, colligere possis. An nos natum fuisse 84, cum diem obiret, ex hocce

gripho ejus epitaphii cognoscitur, quod ex anthologia inedita promit Bachelus in Notis ad lib. V, pag. 270 :

Ὀϊτός τοι Διόφαντον ἔχει τάφος, ὦ μέγα Οὐμά, καὶ τάφος ἐκ τέχνης μέτρα βίου λέγει.
Ἐκτὴν κούρῳ βίου Θεὸς ὤπασε μοῖρην,
Δωδεκάτη δ' ἐπιθεῖς ἡλικία πόρην χλοάειν.
Τῇ δ' ἄρ' ἐπ' ἐβδόμη τὸ γαμήλιον ἤφατο φέγγος.
Ἐκ δὲ γάμων πέμπτη παῖδ' ἐπένευσεν ἔτει.
Αἴ, αἴ, τηλύγετον δεῖλὸν τέκος, ἤμισυ πατρὸς
Τοῦ δὲ καὶ ἡ κρουερὴ μέτρον ἐλὼν βίου.
Πένθος δ' αὖ πύρρως παρηγορέων ἐναιουτῶν,
Τῇ δὲ πότρου σοφῆ τέρμ' ἐπίρησε βίου.

Hic Diophantus habet tumulum, qui tempora vite illius mira denotat arte tibi.

Egit sextantem (b) juvenis, lanugine malus Vestire hinc cepit parte duodecima (c).

Septante (d) uxori post hæc sociatur, et anno Formosus quinto (e) nascitur inde puer.

Semissem (f) ætatis postquam attigit ille paternæ, Infelix subita morte peremptus obit.

Quattuor (g) ætates genitor lugere superstes Cogitur, hinc annos illius assequere.

Fuisse videtur idem Diophantus, in cujus Ἀστρο-

(c) 5 annos.

(d) 42. —

(e) 4. —

Summa 84. —

(a) Vide Voss. *De Scient. math.* pag. 27, 341, 452, 464.

(b) 14 annos.

(c) 7. —

(d) 12. —

Diophanti et alia quædam, Romæ, in bibl. Vaticana. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 7 A. — Ibid. r. 28 D, Diophant. *Arithmetica*: in cujus calce quædam ex Max. Planude adjunguntur: Romæ, ibid. in cod. reginæ Succæ, n. 651. — Ibid., p. 619 D, Dioph. *Arithmet.* cum expositione Planudis, in pluribus codd. bibl. Scorial. Regis Hispan. — Ibid. p. 650 D, in bibl. Bodlei. n. 720, Max. Planudis *Arithmetica.* (*Hartl.*)

νοῦτον γὰρ εἰς scripserat olim (Suida teste) Hypatia, Theonis Alexandrini filia. Pythagoræ et Euclidis jungitur a Joanne Hierosolymitano in vita Joannis Damasceni, cap. 41, ubi Damascerum et Cosmam affirmat ita in arithmetis profecisse, ut Pythagoras et Diophantus, in geometricis ut Euclides: Ἀναλολα: δὲ ἀριθμητικῆς οὕτως ἐξήσκησας εὐρώως. ὡς Πυθαγόρῃ καὶ Διόφαντῳ. (*Fabric.*)—Fabricius sententia esse videtur Bachetum. Hambergerus, in *Zuverläss. Nachricht.* tom. II, pag. 335, eius ætatem cum aliis collocat in an. Chr. circ. 460, sub imperatoribus Antoninis. At multo seriori ævo, n. Juliani imper. circa a. Chr. 362, alligat eum Saxius in *Onomastico.* etc. I, pag. 417, ubi, e Themistii ætate, inquit, adeoque principe Juliano, floruisse, ex Gregorii Abulpharai *Historia dynastiarum* verisimiliter demonstravit ampliss. Gerard Meermannus, in *Præfat. Speciminis calculi fluxionalis.* Lugd. Batav. 1742, 4 (X, 3 sq.), et doct. Montucla in *Historia mathes.* Paris. 1758, 4. tom. I, part. I, lib. v, §. 6, pag. 315. — Fabricium exscripsit Heilbronner in *Historia mathes. universæ.* pag. 338 sqq. Adde Scheibellii *Einleitung zur mathematischen Bücher-Kenntniss.* part. XI, pag. 326. (*Hartl.*)

X editi sunt e libris XIII quos scripserat ad Pionysium, rescio quem (Τυμώρατον Diophantus appellat), et quos in Vaticana mss. asservari jam pridem testatus est Joannes Regiomontanus, *Præf. in Altergenum, problematum Arithmeticoꝝ libri VI.* et *De numeris polygonis sive multangulis liber I* (a). Mira subtilitate excogitatas quaestiones subtilius resolvit nova ratione analytica, quam ipse ante se ignoratam profectur, recentiores a Gebro Arabe *Algebraicam* appellant et Arabibus tanquam inventoꝝ falso tribuunt, cum hi illam utique a Græcis, ut alia pleraque, acceperint (b). Libro sexto arithmeticas suas speculationes etiam ad geometriam applicare incipit exemplo Eucli-

dis, quem præter rem eo nomine reprehenderunt viri doctissimi (c). Libri v quæstio 23, metro sive epigrammata octasticho continetur, unde Bachetus ansam illo loco sumpsit ex inedita Anthologia XLV, ejusmodi griphos arithmeticos producendi atque interpretandi, ut notavi supra lib. ut, cap. 32, § 6 [vol. IV, pag. 452]. Ubi etiam feri mentionem LXI Epigrammatum Græcorum, ægimata juvenuda arithmetica continentium, quæ composuit cumque versione et enodatione sua edidit et Otii Sorani titulo proscriptis Joannes Laurenbergius, Hafniæ 1640, 4. Bachetus in votis ad Diophantum, pag. 496, illustrat etiam griphum arithmeticoꝝ Latini epigrammatis, obvi in collectione veterum poematum Pithœana, quod incipit:

Ut tot emantur ares, bis denis utere nummis, etc. Vide et Anthologiam epigrammatum Græcorum, lib. I, cap. 46, l. 97 sq., ac Maximi monachi (Planudæ) Scholia Græca, ante II. Stephani Adnotationes excusa in edit. Wechel.

Diophanti libri sex cum scholiis Græcis Maximi Planudæ in duos primores libros, atque libri Diophanti de numeris polygonis, collati cum Vaticanis codd. et Latine versi a Josepho Auria fuerunt in bibliothera Caroli de Moutchall, teste Labbeo in *Bibl. nova mss.* p. 191. Post Auriam, cujus versio adhuc inedita delitescit, eisdem Diophanti septem libros, quos ab Andrea Dudithio acceperat, et de numeris multangulis, Latine vertit, illaque lingua primus edidit, Planudæque scholia et sua ipsius perdocta commentaria adjunxit Guilelmus Xylander, Basil. 1575, fol. (d). Hinc præcipua laus est Claudii Casparis Bacheti (e) Meziriaci Sebuziani, qui nova versione et luculentis commentariis explicatum Diophantum (præmissis tribus suis porismatum libris et subjecta de polygonis numeris appendice), Græce et Latine vulgavit Paris. 1621, fol. (f), Xylandri observationes plerumque

(a) Du Perron, Pater purpuratus, Meziriaco affirmavit, se quoque habuisse cod. qui 13 libros Diophanti continisset; se illum cod. communicasse cum Guil. Gosselino, novam edit. cum commentario paraturo: illo vero pestilentia atrocitate abrupto, periisse codicem, nec repertum fuisse. (*Hartl.*)

(b) Diophanti lib. *De algebra* interpretatum esse Mohammed Ebn Yhaya Ebn lo Wapha Albu-ziani, ex Abulphar. observat Heilbronner l. c. pag. 473 (*Hartl.*)

(c) Villoison, in *Anecd. Græc.* tom. II, p. 153 sqq. annuavit, anonymum auctorem dissertat. mathematico-criticæ de numeralium notarum minuscularum origine, in tomo XLVIII, *Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici*, pag. 21—110, plurimis comprobare exemplis, minusculas numerorum notas, quas Arabicas immerito vocamus, Romanis immotuisse; et illum auctorem pag. 70 affirmare Diophantum Alexandrinum, qui medio fere sæculo secundo algebrae instituisse a plurimis putatur, illarum notarum non penitus fuisse ignarum. Plura ex illa dissert. scite excerptit el. Villoison. (*Hartl.*)

(d) Conf. cel. Kæstneri *Geschichte der Mathemat.* part. I, pag. 184—197, ubi multa is docte discussa de Xylandri labore et ipso Diophanto; et

pag. 195 memorat, in *Les œuvres mathématiques de Simon Stevin, par Albert Girard.* Leida 1634, fol. reperiri, pag. 102 sqq. *Les six livres de Diophante*, quatuor priores esse a Stevino; duo posteriores a Girardo ex versione Xylandri in linguam Franco-Gallicam translatis. (*Hartl.*)

(e) Qui non capiuntur libris studiisque, nisi quæ sunt πρὸς τὰ ἄλλα, iis utique sordebit Diophantus, sordebut virorum doctorum in eum labores, quantumvis ingeniosissimi, quemadmodum Malherbius ex Bacheto, amicis quibusdam comitantibus et opus tanquam utilissimum extollentibus, Diophantum sibi offerente, rogare non dubitavit s'il seroit amender le pain? Bælius, *Dictionar. historico.* tom. III, pag. 3152, ex Malherbii Vita.

(f) Per errorem Kœnig, in *biblioth.*, pag. 252, scripsit, editionem illam in lucem emissam esse a. 1615; et Vossius, *De scient. mathem.* erravit in nota anni 1623, ut bene observavit Bayle in *Diction. voc. Meziriac.* tom. III, p. 586 sqq. not. B. in qua et seq. not. C de Meziriaci meritis in Diophantum multus est. Adde (*De Sallengre*) *Mémoires de littérature.* Hagæ Com. 1715, 8, tom. I, ubi pag. 76-86 edit. Bacheti Meziriaci copiose recensetur, et de Diophanto ejusque ætate atque interpret. us fuse disputatur. (*Hartl.*)

27. *Ἐπιφωρορία κατ' Ἰνδοῦς, ἡ λεγομένη μεγάλη. Calculatoria secundum Indos, magna appellata, ms. in bibl. Vaticana, et teste Cangio in bibl. regis Gall. cod. 1504 (k). Primum fuisse Planudem e Græcis, qui zifris usus Indicia sive Arabica in numerando fuerit, notat Papebrochius, in Tractatu præliminari ad tom. III, *Act. SS. Maii* pag. lvi, ex Athanasii Kircheri Arithmologia, Romæ anno 1665 edita, part. 1, c. ult. et Stephanus le Moyne, *Notis ad varia sacra*, p. 797. (*Fabr.*) Villosion, qui l. c. p. 152 sqq multus est de origine et antiquitate notarum illarum, variorumque diversa recenset examinatque judicia, negat, minusculas nostras numerales notas, vulgo *cifras Arabicas*, a Persis primum, seu ab Indis ad Arabes, ab istis ad Africæ Mauros, ab hisce demum ad Hispanos et deinceps ad universam Europam transmigrasse; contra evincere studet, jam Romanos suis haud caruisse notis numeralibus minusculis et cursivis, et ab his nostras, quæ immerito vocentur Arabicæ, ita derivatas esse ut ab*

non aspernatus, scholiasten vero Græcum nîl Gra nisi futilia et a Diophanti sensu prorsus aliena effutire observans. Non prætercurandum, quod ad lib. n. quest. 28, notat sibi videri, sciolum quendam e tredecim libris Diophanti eas quæ sibi viderentur, in unum colligentem questiones, eos quos habemus, sex arithmeticoorum libros consarcinasse. Verum hæc conjectura parum mihi quidem videtur verisimilis. Cæterum Barchi observationes versioque servate sunt in editione Græco-Latina, quæ prodit Tolosæ 1670 fol., adinectas habens notas quasdam breves ac subtiles et ingeniosas D. Pauli de Fermat, senatoris Tolosani, præfixo ejusdem invento novo doctrinæ analytici, quod ex epistolis eius, ad se scriptis, collegit Jacobus de Billy, S. I. cuius Diophantus rediit Lugd. 1670, 8, post vulgatum Paris. 1660, 4; librum, quo rationibus Euclidis enotare problemata geometrica instituit, quæ Diophantus algebraicis resolverat, ludita Joannis Pellii, Britannii, in thesoro in gymnasio Bredano professoris, commentaria vehementer laudat Vossius, *De scientiis math.*, pag. 57. Conferre etiam jurebit Barchi ejusdem, quem jam dixi, librum, Gallicè vulgatum, cui titulus *Problèmes plaisans et delectables qui se font par les nombres*, Lugd. 1612, 8. Caroli Remaolini, patricii Anconitani, algebrae veterem Diophanteam, sive numerosam, Anconæ 1644, 4. Raphaelis Bombellii (a) algebrae, Italico sermone editam Bononiæ 1607, 4, qui sua problemata Diophanteis admisit (b); et Guil. Oughredi, Etonensis collegii regali, Cantabrig. socii, *Opuscula mathematica*, Oxon. 1677, 8, in quibus libri tres primores Diophanti algebraico more solvuntur. De ingeniosissimi Ozanami Diophanto vide Joannis Wallisi Opera, tom. III, pag. 681 sq. Diophantum editum esse ab Ism. Bullialdo, legi in Koenigii (c) biblioth. et Hendreicni Pandectis Brandeb. Sed nunquam vidi neque alius quisquam ut puto. Quanquam existat opus Bullialdi subtilissimum, a Diophanti argumento haud abluens, de arithmetica infinitorum libris VI. Paris. 1682 fol.

Harmonica Diophanti, quæ Gesnerus et alii memorant, intellige de harmonicis numeris, non de scripto quodam musici argumenti.

(k) Secundum catal. mss. Regg. Paris. vol. II, in codd. 2381, n. 4, 2582 et 2509, n. 6, Max. Planudæ calculatoria, secundum Indos, magna appellata; in cod. 2428, n. 6, Max. Planudæ et Nicolai Smyrni, Artabasdi Rhadæ, Opusculum commune arithmeticum, de ratione numerandi apud Indos usurpata, sive de numerorum Arabicorum usu; opus ineditum. — Planudæ Calculatoria, etc., Monac. in cod. Bavar. 104, fin. V. Hardt, in *Aretini Beyträge*, etc. a. 1804, part. vii, pag. 10; et part. vi, p. 28 sq. in cod. 100, Plan. 1) Calcula-

toria; inc. ΟΙ τῶν ἀπρονόμων φιλοσοφώτεροι. 2) De subtractione aut ejectione numerorum; alia methodus probationis, ex additione Nicolai Rhadæ et de multiplicato. Atque tria adhuc contineri in ipsius calculatoria, colligit ex eo, quod finis his omnibus legitur: Τέλος Ἐπιφωρορίας τοῦ Πλανούδη· idemque ex his ipsis se perspexisse proficitur, Planudem zifris Arabice in numerando usum esse, sic: Ἀέγω 10 et 1, ἀφαροῦ ἀπὸ τῶν 11, κ. τ. λ. — Plan. et Nic. Rhadæ phrasin artis magnæ computandi apud Indos, in cod. Escor. teste Plüer, in *Itiner. per Hispan.* p. 181. — Romæ, in bibl. Vaticanae cod. Ottobon. anonymi *Ἐπιφωρορία κατ' Ἰνδοῦς, ἡ λεγομένη μεγάλη* init. Ἐπιφωρορία κατ' Ἰνδοῦς τῆς ἀπρονόμιας, etc. Plura v. in Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* pag. 187 C. Sed auctorem illius operis esse Planudem, patet ex cod. Marc. Venet. 503, qui eandem habet inscriptionem idemque initium: de quo et altero cod. Marc. 525 curatius, quam confector catal. codd. Gr. Marc. pag. 145 et 148 fecerat, disserit cel. Morell. in bibl. mss. Gr. et Lat. tom. I, qui de priore col. p. 185: « Est, ait, uberior tractatio hæc, quam alia Planudi nomine inscripta, in cod. 525 exarata, et non pauca ad astronomicas potissimum supputationes utilia præterea continet, iisdem licet doctrinis ac interdum iisdem quoque verbis adhibitis. Differentiam non animadvertit Villosion., qui de codice utroque scripsit, ac si unum idemque opus inesset; et numerorum figuras ære expressas ex utroque dedit *Anecd.* tom. II, pag. 155. » — De posteriore cod. qui incipit, ΟΙ τῶν ἀπρονόμων φιλοσοφώτεροι, ἐπεὶ ὁ μὲν ἀριθμὸς ἔχει τὸ ἀπείρον, pag. 204: « Operis, inquit, titulum ac initium post Kirchermum corruptis verbis dedere Steph. le Moyne (juxta citatus a Fabricio,) et Papebrochius, tom III, p. lxx, Maji Bolland. ed. Venetæ. Utrumque accuratissime ex cod. hoc Villosion. exhibet *Anecd.* tom. II, pag. 155, cum figg. ipsis numerorum, parum admodum differentibus ab iis quas Heilbronner habet *Histor. matheseos* p. 759. Ad opus Planudis hoc ipso codice, a se a 1788 inspecto, exaratum provocat Joann. Andres, in epistolis tom. III, pag. 65, ut numerorum notas, quibus utimur, ab Arabibus ad nostras derivasse teneatur: quæ de re multa his etiam temporibus disputata sunt. » Hactenus cl. Morell. Andres autem laudatus paulo uberior de illo codice et numerorum notis in epistola 3, in qua multa notatu digna de bibliotheca Marciana narrat fratri suo, disserit in libro docto: *Don Juan Andres Reise durch verschiedene Städte Italiens*, in den Jahren 1785 bis 1788, in vertrauten Briefen an seinen Bruder Don Carlos Andres. Aus dem Spanischen übersetzt von E. A. Schmidt, tom. II, Weimar 1792, 8, p. 42 sq. (*Hart*)

(a) De hujus et Franc. Vietæ opera vid. Mazir. et Sallengre, *Mem.* l. c. pag. 83. (*Hart*.)

(b) Add. *I problemi di Diofanto Alessandrino, tradotti in Italiano e analiticamente dimostrati*, in tom. II, *Elementi di fisica* del P. Giovanni Cri-

velli Somasco, Venezia, nella Stamperia Baglioni, 1744, 4. Vid. *Païtoni Biblioth. degli autori volgarizzati*, tom I, pag. 292. (*Hart*.)

(c) Koenigii errorem notavit Bayle l. c. pag. 387, not. B. (*Hart*.)

antiquo cursivo caractere minusculo ille defluxisset, qui Longobardicus vulgo dicitur. Sed uberior illius quæstionis investigatio longe abest ab instituto nostro : et præstat, quosdam libros, ex quibus cupidus illius rei plura haurire possit, tantum paucis commemorare. Haud inutiliter igitur conferri possunt Christi Guil. Büttneri, prof. quondam Gottingensis, *Vergleichungs-Tafeln der Schriftarten verschiedener Völker*, etc., part. 1, Gottingæ et Gothæ 1771, 4, tab. II, ejusque *Brevis expositio alphabetorum omnium populorum et affinitatum, quibus illa inter se conjuncta sunt*, §. 2. in Nov. Commentar. Societatis Regiæ scientiarum Gottingensis, tom. VII. Gottingæ 1777, 4, p. 109; et Heilbronner, a Morellio jam laudatus, qui p. 741 vulgarem sententiam, Europæos accepisse characteres Indicos ab Hispanis, hos a Mauris, et hos ab Arabibus, hos autem non ipsos, sed Indos figuralem numerationem excogitasse, et alia a Wallisio prolata, nec non contrarias sententias Wallisii ac Jo. Frid. Weidleri, qui in Dissert. de charact. numerorum vulgaribus et eorum ætatis, Viteberg. 1727, arbitratur characteres numerorum, Arabicis similes, jam Boethio, a. Chr. 524 mortuo (adeoque ante Planudem), fuisse cognitos, aliorumque verberis refert. Sed illorum aliorumque opiniones copiose recitantur et partim oppugnantur in opere inscripto : *Neues Lehrgebäude der Diplomatik, welches in Frankreich von einigen Benedictinern — gefertigt worden. Aus dem Französischen übersetzt*, tom. V. Erfurt 1767, 4, lib. II, cap. 4, sect. 9, artic. 2, p. 76 sqq. Add. Jo. Christoph. Gatterer's *Abriss der Diplomatik*. Götting. 1798, 8, pag. 29 sqq. (Hart.)

28. *Problematum Volumen*, memorat Gesnerus in bibl. e Volaterrano.

29. *Commentarios in Rhetoricam Hermogenis*. Id. Planudis ad Hermogenem de statibus mss. in bibl. Cæsarea, ad calcem Joannis Siculi ad Hermogenem περί Ἱερμών. (Fabr.) Planudis scholia in Hermogenem, Mediolani in bibl. Ambros. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 501 B. — Rhetoricæ prolegomena inedita, Paris. in bibl. publ. cod. 2920, n. 1; in quo etiam sunt, n. 3, Hermogenis *Ars rhetorica, de partitione statuum et quæstionum cratoriarum*, adjunctis prolegomenis atque commentariis; n. 4, ejusd. *De formis oratorii libri IV*, adjunctis prolegom. et commentariis. — Plan. Rhetoricæ prolegomena et Hermogenis libri, Taurini, in cod. Reg. 77. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 171. — An huc etiam pertinent aut ad scripta grammatic. Plan. *Notationes variæ?* Mss. exstant Romæ in bibl. Vatic. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 187 C. (Hart.)

30. *In Theophrasti Characteres* Gesnerus.

31. *Eclogam, quomodo appellentur animalia tum terrestria, tum aquatilia*. Id.

32. *Figuras de sole et luna*. Id.

33. Δ'ἀγρωσιν ὑέλων τοῦ οὐρου. *De colorum in urinis cognitione, et de sanguine phlebotomiæ*, carmine politico ex codice Regio 957, usus est Cangius in *Glossario Græco*. Exstat etiam in bibl. Cæsarea. Lambec. V, pag. 218. (Fabr.) Sive pag. 450, Kollar. n. 9. cod. 269 Inc. Τῶν ἀσθενῶν ὑέλα μάθε τριταξίδεχα. Hoc autem carmen in codd. Cæsar. 20, n. 2, 42, n. 2, et 40, n. 5, et alibi tribuitur Nicephoro Blemmidæ. V. Lambec. VI, part. II, p. 250, 355 et 359, n. 2. Add. supra ad vol. VII, pag. 672 seq. infra vol. XII, n. 779, et Indic. ad nostram bibl. Gr. voc. *Nicephorus Blemmidas*. — Planudæ tamen ascribitur prius carmen et vocatur *De urinis omnium morborum humanorum*, Monac. in codd. Bavar. 70, et 72, addito de sanguine phlebotomiæ. Inscr. *De coloribus urinae in omnibus hominum morbis*. V. Hardt, in *Aretini Beyträge*, etc., ann. 1804, part. IV, pag. 25 et 35. — Leidæ in bibl. publ. inter codd. Vossian. Planudis aliquid de urinis. V. Cat. bibl. Leid. p. 402, n. 18; in Cat. autem mss. Angl. II, n. 2301, inter codd. Vossian. inscribitur : *Max. Plan. prognostica de urinis*. — Dijudicatio vitrearum urinarum et de coloribus ac sedimentis earundem, in catal. mss. Zenonis Pistoriens. V. Lamii *Delicias erudit.* ann. 1743, p. 107. — Mosquæ in cod. synod. 349, n. 57. Plan. Περὶ πάντων τῶν αἰμάτων τῆς φέβοτομίας. Init. Μάθε καὶ τὰ αἵματα. V. Matthæi not. cit. p. 259. (Hart.)

34. *Aristotelem de Plantis* ex lingua Punica (imo ex Latino, interprete (b) Galli, nescio cujus, qui ex Arabico verterat) in Græcam retraxisse Planudem, notat Simlerus.

35. *Ænigma* ms. in bibl. Cæsarea, incip. ἐρήμην πότις δεικνύσει; (Fabr.) in cod. 296, n. 5. V. Lambec. V, p. 544, Koll. add. ad n. 21. (Hart.)

36. *Adagiorum Centuriæ tres*, sæpe a Nic. Comnenò citantur.

37. *Additiones ad bibliothecam Photii*; id. p. 16, 21, etc.

38. *Philologia de historia Dictyos et Troico bello*; id. p. 587, prænot. mystagog.

[Βασίλειος, in cod. Mosquensi synod. 302, n. 81. Inc. Πολλάκι μοι λογισασθαι. Vid. Matthæi Notit. cit. p. 199. — Ibid. p. 252, in cod. 394, n. 14, incip. opusc. quoddam Planudæ, Ἐρωτητέον πρότερον. (Hart.)]

[Τεχνολογία καὶ μερισμολ. — *Technologiæ et particulares quædam expositiones in Philostrati imagines*. Incip. Τὸ ἀσπάσασθαι καὶ τὸ φιλεῖν, etc. Florent. in cod. Laurent. 7, n. 6, plut. 55, siue nomine quidem auctoris; quod tamen adnotante Bandin. in Cat. cit. II p. 246, Fabric. (supra, vol. V, p. 550, § 5) Max. Planudæ attribueri videtur. — Ibid. in cod. cod. n. 8, Philostrati Heroica, translata ab Italorum dialecto

(a) Atqui Ursinus videtur anthologiam Cephalæ respicere, et ex his Ursini verbis colligere licet, ipsum illum codicem Palatinum fuisse antea Angeli

Collotii.

(b) Vide, quæ notavi lib. III, cap. 5, § 19 [vol. III, p. 244].

in Græcam linguam a Max. Planude, in dialogi formam; interloquuntur autem Vinitor et Phœnix, cum scholiis quibusdam et glossis interlinearibus. V. Bandin. l. c. p. 247, et supra vol. V, p. 543, et p. 546 seq. et 549 seq. de edit. Venet. ap. Ald. 1503, 1522. Florent. ap. Juntas; Ven. 1550, 8, ubi et in ed. Morell. p. 631-729, atque in ed. Olear. p. 660 seq. ille dialogus prodiit. — Romæ in bibl. Vaticanæ cod. Planud. in Philostratum. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.*, p. 8 C. (Harl.)

[*Excerpta e Theonis enarratione in Arati Phænomena, digesta a Max. Planude, Florent.* in cod. Laurent-44, n. 5, plut. 28. V. Bandin. in Cat. cit. II, p. 67, qui adnotat, eadem esse cum scholiis ad Arati phænomena, auctoris nomine destitutis, in cod. Laur. 37, n. 4, plut. 28, ap. Bandin. l. c. p. 63. Harl.]

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΟΤΑΤΟΥ

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΕΟΣΩΜΟΝ ΤΑΦΟΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΕΙΣ
ΤΟΝ ΘΡΗΝΟΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΒΙΝΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ ΚΑΙ ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ.

SAPIENTISSIMI ERUDITISSIMIQUE VIRI

MAXIMI PLANUDÆ

ORATIO

IN CORPORIS DOMINI DEI NOSTRI JESU CHRISTI SEPULTURAM ET IN
SANCTISSIMÆ DEIPARÆ AC DOMINÆ NOSTRÆ LAMENTATIONEM.

(Prodiit Græce Parisiis ap. Andr. Wechelum, sub Pegaso, in vico Bellovaco anno salutis 1555; Latine in Bibl. PP. Lugdun. tom. XVII, ex int. pretatione Joachimi Axonii, Graviani. — In margine exemplaris quo utimur manu editioni Wech-ii cœnava legitur: *Hanc concionem habuit Planudes Byzantii, quæ nunc Constantinopolis appellatur, coram imperatore et cæteris amicis die Sabbati proxime antecessentis festum Paschæ.*)

*Α μὲν ἄν τις εἰκάσῃ, τεκμήριον τὴν παροῦσαν ἔχων κατάστασιν, οὐκ ἔξω δοκεῖ τοῦ μέγα τι συνενεχθῆναι, καὶ ἰκανὸν τὰς ἀπάντων ψυχὰς ἀναπεῖσαι πενθεῖν· ἃ δὲ, πρὸς ἃ παρασκευασμεθα βλέπων, φαιδρότητος ταῦτα καὶ ἑορτῆς πασῶν μεγίστης ἐπαγγέλλεται. Τί μὲν οὖν τούτων ἐκάτερον, καὶ θέν, καὶ ὅπη τείνει, οὐδένα τῶν τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ἀγνοεῖν οἶμαι. Τίτι γὰρ οὐ σαφές, ὅτι τὸ μὲν, Χριστός ἐστιν ἐν τάφῳ μετὰ νεκρῶν κείμενος· τὸ δὲ, τῆς ἐκείνῃ προῆβήθεισης ἐλπίς ἀναστάσεως; Ἐμοὶ δὲ ὁ μὲν περὶ τοῦ δευτέρου λόγος, σχολὴν ἀγέτω τὰ νῦν, εἰ μὴ που καὶ ἄμφω δεικνύται δι' ἀλλήλων, καὶ οὐκ ἔστι περὶ θατέρου διεξιόντα, θάτερον παρατρέχοντα λέγειν. *Α δ' οὖν τὸ πρότερον ἀπαιτεῖ, περὶ τούτων καὶ δὴ λέξων ἤκω, ἂν ἄρα μὴ βέλτιον ἐποιοῦν σιγῇ τὴν ἡμέραν τιμῶν, ἢ τοῖς ἑμαυτοῦ λόγοις τοῦ πλειονοῦ αὐτ' ἐν τῆς οικίας δόξῃ; ἀκρωτριάζειν δοκῶν. Χθὲς μὲν οὖν ἐκεῖνα παρῆν ὄρα, ἃ καὶ τοὺς παντάπασιν λιθίνους ἀποκρῶσαν εἶχε τὴν δύναμιν ἐπιστρέφειν πρὸς ἑαυτὰ, κάκεινοις μονονουχί φωνῆν ἀφιέντα διδόναι μανθάνειν, ὡς οὐκ ἀνθρώπῳ ψιλῷ, θεανθρώπῳ δὲ τῶν Ἰουδαίων ὁ φθόνος ἐπέθετο. Τίνα δὴ ταῦτα

Quidnam quis conjectet ex his signis, quem in præsentī rerum statu cernuntur (non enim sine magna causa accidisse videntur, ac ejusmodi sunt, ut omnium animos ad lugendum inducere possint), quid rursus is cogitet, qui ea ad quæ paramur, spectet, siquidem lætitiæ festivitatisque omnium maximæ hæc nuntia sunt? Quid igitur horum utrumque, et unda, ac quo tendit neminem qui ex nostro sit ovili, hoc ignorare arbitror. Cui enim ignotum est, illud esse, Christum in sepulcro jacere cum mortuis, hoc verò spem resurrectionis ab ipso predictæ? Verum posteriori in præsentiarum supersedeamus (nisi forte antio explicentur per se mutuo; quoniam de uno qui verba faciat, alterum silentio præterire nequeat), ad ea verò, quæ quod prius est, exigit, dicturus accedo, etsi forsā satius esset, taciturnitate hunc me venerari diem, quam oratione mea videri magis, quam dignitas admittat, eum mutilate ante oculos ponere. Heri igitur illa videre libebat, quæ sat magnam habebant vim; ut homines prorsus lapideos ad se convertere possent, ac ipsis tantum non ea quæ vocem edunt, ostendere

quod non hominem merum solum, sed Deum hominem Judæorum gravasset invidia. Quæ autem hæc sunt, quæ dico? Tenebræ soli offusæ, terra e fundamentis convulsa, saxorum velut ab ictu facta disruptio, velum templi a nulla, quæ quidem vel tenui sensu percipi potuerit, vi discissum, et quod maxime fuit horribile, mortui e patefac is sepulcheris prosilientes et in multorum conspectus prodeuntes. Hæc enim atque his multo magis admiranda necesse erat fieri, cum Deus in carnem

Quin etiam par erat, cum is qui omnia continet, contumelias obrueretur, ut hæc quoque in discrimen pereundi et cælum (quod dici solet) terra miscendi, adducerentur. Hodie autem et aliud contigit mysterium, nimirum Dei ad inferos descensus, ut qui in terris cum adhuc versaretur, Evangelium prædicavit vivis, non minus his qui a multis jam sæculis vita defuncti fuerant, annuntiaret similiter. Neque enim debuit, cum natura sua justus sit, horum nomine, qui inde fuerunt, ex quo apud nos est peregrinatus, et qui deinceps futuri sunt, quandiu nox et dies sibi mutuo sunt successura, conari omnia, quæ ad primum hominem nos reducant (1); eos vero, qui antea descenderant ad inferos, calamitose et quoquo tandem modo in tenebris agentes despicere. Nam decuit illum non solum vivorum, sed etiam mortuorum Deum et Servatorem declarari, et ita devastare regnum peccati, quod erat infernus et mors. Tantum enim valuit aditus peccati in homines, ut hæc secum intulerit, atque hoc d-lapsam velut hæreditatem inevitabilem nactus fuerit.

Erat autem hoc quoque bonitati simul et magnitudini Dei proprium, ut quem immortalitatis munere donarat, hunc a peccato ad mortem protractum, non negligeret, sed manum porrigeret jacenti et de casu rursus ipsum levaret. Qui quæso convenisset, imo vel auditu penitus tolerabile fuisset, peccatum omnino efferrī et attolli contra potentiam et bonitatem Dei; posteaquam bonum sit ejusmodi, ut per se existat (2), et omnia contineat, malum vero nihil sit, quo dici possit subsistere? Qua de causa cum statuisset Deus ad integritatem signmentum suum reducere, nec angelis nec archangelis redintegrationem commisit, quandoquidem nec primam fingendi nos copiam illis fecit, sed ipse hanc potestatem sibi sumpsit, qui præclarum illud manuum suarum opus (hominem dico) noxa premi non est passus, ut, quem admodum ipse solus est Deus, ita et opifex esset et servator, et hunc solum agnosceremus cum e se, qui hæc ferebat, eique soli gratias ageremus, et reverentiam, sicut omnis creatura, exhiberemus.

(1) Naturam illam hominis insentim, qualis in primo parente nostro fuit Adamo ante lapsum, intulit.

λέγω; Σκότος ἡλίου καταχρόμενον, γῆν ἀναβρασσομένην ἐκ θεμελίων, βήξειε πετρῶν ὡς ἀπὸ πληγῆς, ναοῦ καταπέτασμα ὑπ' οὐδεμιᾶς αἰσθησείας ληπτῆς διακρούμενον βίας, τὸ φρινωδέστατον νεκρῶς τῶν μνημάτων ἐκπρῶντας ἀνοιγομένων, καὶ πολλοῖς ἐργομένων εἰς ὄψιν. Καὶ γὰρ ἔδει καὶ ταῦτα, καὶ τούτων μακροῦ θαυμοσιώτερα τελεσθῆναι, Θεοῦ σαρκὶ πάσχοντος, καὶ εὐλόγῳ καταδίκης μετεωροσθέντος.

Καὶ περιυβριζομένου τοῦ τὰ πάντα συνέχοντος, οἰκτεῖον ἦν καὶ ταῦτα κινδυνεύειν διαλύθῆναι, καὶ ἡ γῆ τὸν οὐρανὸν ἀναμείχθαι, λέγεται. Σήμερον δὲ μυστήριον ἕτερον, εἰς ἄδου Θεοῦ κατιῶν, ἐν ᾧ τοῖς ζῶσιν ἐν γῆ πολιτευόμενος ἐκήρυττεν Εὐαγγελίον, καὶ πῶς ἐξ αἰθῆρας τὸν βίον ἀπολιποῦσι διαγρηθῆ μηδὲν εἰσάττον. Οὐδὲ γὰρ ἔμελλε, φύσει δίκαιος ὢν, τοῖς μὲν ἐξ οὗ τοῖς καθ' ἡμῶς ἐπεδήμησε. καὶ μέχρις ἂν ἡμέρα καὶ νύξ ἀλλήλῃσι ὑπεικίωσιν ἐσομένοις πάντα πράξειν ὅσα πρὸς τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἐπανάγει· οὐδὲ πρὸσθεν ἄδης ἐδόξατο περιόψεσθαι ὑπὸ σκότῳ κακῶς καὶ ὡς ἔτυχε τράπτοντας. Ἐγρήν δὲ αὐτὸν καὶ μὴ ζῶντων μόνον Σωτήρα καὶ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ νεκρῶν γνωροσθῆναι· καὶ τὸ βασίλειον ἀνάστατον θεῖναι τῆς ἀμαρτίας. Τὸ δὲ ἦν ἄδης καὶ θάνατος. Ταῦτα γὰρ ἔσχευεν ἡ πρὸς ἀνθρώπου τῆς ἀμαρτίας πάροδος ἑαυτῆ συνεισενεγκεῖν, καὶ τούτῳ μεγάλυχεῖν εἶπεν, οἷς τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἐκέλευε παραπεμπομένην, ὡς ἀναφαίρετον ὑπεδέχετο κτήρον.

actare potuerit, quod naturam humanam illic

Ἦν δὲ καὶ οἰκτεῖον τῆς ἀγαθότητος ἑμοῦ καὶ μεγαλειότητος τοῦ Θεοῦ, τὴν ἀθανασία παρ' αὐτοῦ τιμηθέντα, τοῦτον ὑπὸ τῆς ἀμαρτίας κατασχευέντα πρὸς θάνατον μὴ περιδεῖν· ἀλλὰ δοῦναι χεῖρα κειμένου, καὶ τοῦ πτώματος ἀναστήσαι. Ποῦ δ' ἂν εἰκὸς ἦν καὶ τῶν ὀλιγῶς ἀκοῆι φορητῶν, τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμει καὶ χρηστότητος, κατακαυχῆσθαι τὴν ἀμαρτίαν εἰς τέλος; Τοῦ αὐθυποστάτου ἀγαθοῦ καὶ πάντα συστησάμενου, τό γε μηδεμιᾶς ὑποστάσεως μετέχον κακόν; Τούτου δὲ χάριν τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα βουλήθεῖς ὁ Θεὸς ἀνασώσασθαι, οὐκ ἀγγέλων ἢ ἀρχαγγέλων τιλὶ τὴν σωτηρίαν ἐπέτρεψεν· οἷ μὴ δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἡμῶν πλάσιν· ἀλλ' αὐτὸς ἀνεδέξατο τὴν οἰκονομίαν, ὅς οὐκ ἠνεῖχετο τὸ μέγα τῶν ἑαυτοῦ χειρῶν ἔργον, τὸν ἀνθρώπων λέγω, ζημωθῆναι· ὡς ἂν αὐτὸς ἦ ὡσπερ μόνος Θεός, οὕτω δὲ καὶ Ἀημιουργός καὶ Σωτήρ, κάκεινον μόνον εἰδόμεν ἡμεῖς ταυτὶ πεφυκότα, καὶ μόνῳ τὴν χάριν ὁμολογῶμεν, καὶ τὴν προσκύνησιν, ὡσπερ ἡ κτίσις πάσα, προάγωμεν.

(2) Videtur hic secutus Pythagoram, qui in ordine rerum quæ in natura sunt, bonum collocavit: ma ut vero in ordine eorum, quæ non existunt:

Ἵπὲρ οὖν τούτων, οὐκ ἀπλὴν ἐξ οὐρανοῦ μέχρι ἄ
 γῆς τὴν κἀθοδὸν ἐποίησατο, ἀλλὰ καὶ εἰς ἕδου κατέ
 ἔλθε, καὶ κατελθὼν, πύλας τε χαλκᾶς συνέθλασε,
 καὶ μογλοὺς συνέτριψε, καὶ τοὺς τῶν καθημένων ἐν
 σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, καὶ πεπεδημένων ἐν
 πτωχεῖα καὶ σιδήρῳ δεσμοῖς διέβροησε· καὶ ἐξήγα
 γεν αὐτοὺς ἐκ μὲν τοῦ σκότους πρὸς ἀνέσπερον
 εὐφῶς, πρὸς δὲ ζωὴν αἰώνιον ἐκ θανάτου. Οἷς εἰ καὶ
 βραδύτερον ὁ Σωτὴρ, ἀλλὰ ποθεινότερον ἐπέστη, τὴν
 ἐλευθερίαν διδοὺς. Ἐπέφανε μὲν γὰρ οὗτος αὐτοῖς
 πρὸς τῷ τέλει τῶν αἰώνων. Τοῖς δὲ, τὸ μὴ μέχρι
 παντὸς ἐπιλαθεῖσθαι τῆς αὐτῶν κρυψῆς τὸν μόνον
 δυνάμενον σώζειν, οὐκ ἔλαττον ἐνομισθῆ τοῦ μὴ
 δὲ τὴν ἀρχὴν ἐκεῖσε πεσεῖν, ἔνθα, εἰ μὴ τις ἐξ
 ἡρεῖτο ἐκεῖθεν καὶ τοῖς χρηστοτέροις ἀνέψυγεν, οὐ
 ἔδν ἂν παθεῖν ἐξείσαν χαλεπώτερον.

Πολλὰ μὲν οὖν τὰ κατὰ τὴν ἐν σαρκὶ τοῦ Σωτῆ
 ρος ἡμῶν πρὸς ἡμᾶς ἀφίξιν προβάτῃ μυστήρια,
 ἅπαντα πᾶσαν ὑπερβαίνοντα δύναμιν λόγων· ἐν δὲ
 οἷον καὶ μέγιστον τὸ τελοῦμενον σήμερον. Τοῦτο δ'
 ἐστὶ, νέκρωσις ἕδου, θανάτου θάνατος, ἐλευθερία
 ψυχῶν, καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἡνευγμένη τοῖς βουλο
 μένοις ὁδός. Πρὸς δὲ καὶ τὰλλα φέρεται πάντα, κἄν
 πῆρζῶθεν ἤ, κἄν ἐγγύθεν ἡργημένα· ὡς ποτε καὶ
 ξίφη, καὶ ἀσπίδες, καὶ κράνη, καὶ δόρατα καὶ τὰλλα
 τῶν ὀπλων, καὶ ὀπλιτῶν ὄμιλος, καὶ βάρος ἵππου,
 καὶ πρωτοστατῶν, καὶ τῶν ἐπιτεταγμένων φρεσι,
 καὶ τῶν οὐραγούτων συντάξεις, πρὸς ἔν πάντα
 βλέπει, τὸ τῶν ἐναντίων ὡς οἷον τε περιγενέσθαι.
 Ἄλλὰ γὰρ, εἰ δοκεῖ, μικρὸν ἐπισχόντες, καὶ ἡσυ
 χίαν τῷ λόγῳ δόντες, μέχρις ἂν ὁ Σωτὴρ τὰ ἐν ἕδου
 διάθῃται, ἴωμεν ἐπὶ τὸν τάφον, τῶν τῆς Πατρὸς
 καὶ Μητρὸς ἐπὶ τῷ Πατρὶ γοεῶν ἀκουσόμενοι θρή
 νων, καὶ τῶν ἐξῆς αὐτοῖς ἐξόμεθσ. Ἴωμεν δὲ σιωπῆ,
 οὐ τῷ δεδοικέναι καὶ νῦν, μὴ τινα λάθωμεν ὑποψίαν
 ἐκεῖσε βαδίζειν, ὡς Πέτρος πάλαι καὶ Ἰωάννης, τῷ
 δὲ μὴ τινα διακοπὴν ἢ θόρυβον τοῖς θρήνοις ἐπι
 ενεργεῖν.

Ἐπεὶ δὲ καλῶς ποιοῦντες ὑπηρετοῦσατε, καὶ πόρρω
 τοῦ τάφου ἐστῆκατε, ἀκούσατε ἤδη, ὧ γῆ καὶ
 ἤλιε καὶ ἀήρ, ὡς πολλῶν αἰσθήσεσθε τῶν ἐμῶν
 ὀδυρμῶν, εἰ τις αἰσθησις. Ὅποτε δε ἦν μοι μόνος
 Ὑἱός, δε μοι μόνος παραψυχῆ, τοῦτον ἐπὶ τάφον
 βλέπω νεκρὸν, βραχεῖς δὲ καὶ τοὺς οἰκτείροντας
 τοῦτου τὸ πάθος, καὶ τοῦτους ἀγαπητὸν οἰομένους,
 ἂν μηδ' ἐξελεγχθῶσιν εἰδότες τὸν ἀνὴρωπον. Τὸ
 γὰρ μηδ' ἐπιστένοντας τῷ κειμένῳ φωραθῆναι,
 καλῶς αὐτοῖς ἡσφάλιστα πανταχόθεν. Ἄλλ' ἐμὲ
 πόσων θανάτων ἐπικρεμασθέντες φόβοι, πείσουσιν
 ἐθέλειν λανθάνειν; Πῶς δ' οὐκ ἐξάκουστον κλαύσο
 μαὶ καὶ θρηνήσω, κἄν μηδεὶς βούληται, κἄν πάν

Ob hanc igitur causam, non unum e caelo in
 terrarum iter instituit, sed et ad inferos usque de
 scendit, et postquam descendisset, æreas portas
 effregit et repagula subvertit; eorumque qui in
 tenebris et umbra sedebant (3), ærumna ferroque
 constricti, vincula abrumpit, atque eduxit, e caligine
 quidem ad lucem vespere nesciam, ex morte
 vero ad vitam æternam. Quibus etsi tardior, ta
 men desideratior ad liberandum Servator adfuit.
 Apparuit enim illis in fine sæculi, his vero sic,
 ut non minus optabile fuerit, clamorem suum non
 fugere perpetuo illum, qui solus facere salvos po
 terat; quam ab initio non descendisse illuc, unde
 nisi quis exemptus esset et melioribus revixisset,
 perpeti nihil potuisset gravius.

Cum itaque multa sint admiranda opera, quæ
 carne indutus, in illa, qua ad nos venit, demigra
 tione Servator noster ostendit, cuncta illa qui
 dem talia, ut omnem dicendi vim superent; tum
 unum est et summum et maximum, confectum
 hodie, id autem est inferni vastatio, mortis mors,
 liberatio animarum et ad cælos patefactus volen
 tibus aditus, quo omnia alia, sive propius ad
 mota, sive longius amota, referuntur; baud ali
 ter, quam gladii, quam clypei, quam galeæ, quam
 hastæ aliique armorum armatorumque apparatus,
 ut equorum conglobatio, dieumque et his subdi
 torum ac subsidiorum acies, ad unum omnia
 spectant, ut scilicet circumveniatur hostis. Atqui
 (si videtur) paulum contineamus nos et a sermone
 quiescamus, donec Servator quæ apud inferos
 sunt agenda, perfecerit. Interim eamus ad sepul
 crum, lamentabiles Virginis Maris, quos Filio
 effundit, auditurum Natus, post ad ea quæ hic ad
 nectenda fuerant, revertemur. Eamus autem ta
 cito, non jam ambigentes aut propter hæsitati
 onem aliquam morantes (4), sicuti Petrus olim et
 Joannes, sed ne interrumpamus aut disturbemus
 luctum.

Quia vero probe officio vestro functi, patientes
 luc usque aures præbuitis et procul a sepulcro
 constitistis, auscultate et nunc, o terra, o sol, o
 æther quantos percipitis (si quis vobis est sensus)
 hos meos ploratus. Qui quondam unicus mihi
 fuit Filius, qui unicum mihi solatium, hunc in
 sepulcro video jacere mortuum et paucos admo
 dum, qui hujus cladem miserentur, præclare se
 cum actum ratos, si non arguantur hunc novis
 hominem (5). Nam ne hic jacenti adgemiscere de
 prehendantur, probe sibi caverunt undique. At,
 quam multi diversissimæ mortis undequaque mihi
 incumbentes metus suadent, ut hæc tegere ve

hodie *privatio* seu *privaciones* vocantur in
 sc. hollis.

(3) Hoc illud est propheticum: *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam* (Isa. 12, 2).

(4) Hinc cum ad ipsos allatum esset per mulieres de resurrectione Domini, non crediderunt, sed *εἰσαγαγόντες* loco nuntium habuerunt.

(5) Tangit verba Petri Dominum suum negant s.

Flavitas dolo malo sed in Constantinopolitam invasit, 684. De ejus, Petri Moggi et Felicis litteris synodalibus, 685.

Fodus inter Romanos et Persas solutum, 707.

Fons copiosam provolvens undam ex loco arido ad preceionem Donati exortus, 528. Fontis Emmaus salubritas unde orta, 71. Fons exsiccatus, deinde repietus ad preces Jacobi Nisibeni, 622. Fons miraculo admirando repertus, ad quem a Leone templum sanctissimæ Dei Genetrix erectum, 626, 627, 628, 629, 530.

Fortitudinis officium, 199.

Franeorum origo, 577.

Frates Longi qui dicti, 371. Ut propter odium Theophibii, se Joanni Ebrysostomo conunxerint, 573, 574, 575.

Fridigernes Gotthorum dux, 207.

Fuga, et quid de ea scripserit Magnus Athanasius, 36, 37, 38, 39.

Fulgor in celo post solis defectum, qua is et quando visus, 425, 426.

Fulminis terræ motum Antiochiæ consecuti effectus, 754.

G

Gaddanas monachus præclarus, 193.

Gainæ barbari Gothi rex ut se habuerint, 551, 555; 556. Ejus defectio, et de vi iene quam vidit angelorum urbis Constantinopolitane custodum; de legatione Joann. Chrysestomi apud ipsum Gainam, et quomodo captus in Thracia, sit necatus, 359, 360, 561, 562.
 Gallia sive Placidia, Honorii soror, et de ejus raptu, 445.

Gatha a Visigothibus occupata, 577.

Galli Cæsaris pietas erga Christum, 62, 63. Gallus Valentis filius morbo corripitur, et perit propter impietatem patris, 153, 156.

Gangram hæresiarcha exsul abductus, 594.

Gazæni populi in Christianos crudelitas immanis, 22, 25. Excusatur ab imperatore, 24. Gazænorum in fideles severitas, 22, 25.

Gelimeris tyranni gestæ res, et de verbis quæ victus in hippodromo extulit, 751, 752, 753

Genadius Constantinopolitanæ sedis præficitur, 615. Virtutes ejus, et de rebus quæ temporibus ejus præter

opinionem et fidem acciderunt admirandus, 625, 624, 625.

Genserichus Vandalorum rex, 578, 579, 580, 586. Ut urbem Romam cepit, 603, 604. Ejusdem excursio et crudelitas, 631, 632. Genserichi summa rerum Vandalarum potiti regnum, 748.

Georgii Alexandriae episcopi Arianæ cædes quomodo patrata, 18, 19.

Georgius Arianus qualis, 461, 463.

Georgius Mauriti legatus ad Chosroen male susceptus, 857.

Georgius Pisides Philoponi hæresim refutat et evertit, 874, 875.

Gepides, quæ gens, 576.

Gerasimus monachus Palestinus, 363.

Germania fides ex Iræno, 102.

Germanus dux, 578, 579.

Germanus senator præclarissimus, et qui ei acciderit propter Theodosium cui filiam matrimonio collocarat, 857, 859, 860, 861.

Gerontius Nicomediansi exactus ecclesia, 366, 367.

Gerontius (ut) tyrannus Hispaniam profugus interierit, 447, 448.

Gerontii viri vetustæ nobilitatis ætas, 856.

Gloria Patri et Filio et Spiritu sancto. A quo hic versus inventus, 879.

Glyceriæ (S.) sanguis perpetuo manens ab ejus monumento, 850, 851.

Glycerius imperator, 604.

Gollinduch (sanctus), ejus genus, vita et martyrium, 810, 841, 842.

Gondigisclus Vandalorum dux, et de ejus liberis Gontare et Gensericho, 577.

Gorane Persarum dux, ab Eunomio episcopo vietus, 444, 445.

Gothiani hæretici qui, 385.

Gothi qui, et quomodo, quare de causa Istrum transgressi in Romanos irruerint, 208, 209, 210, 211, 212. Gothorum de Valente triumphus, 214, 215. Horum cædes Constantinopoli, 360. Et in Hellesponto, 361. Per Thraciam excursio et vastitas, 215. Gothorum gens in quas nationes sit divisa: et quæ tenuerint loca, 576, 577, 578. Quomodo victa, 734, 735, 756.

Græci ad homines deorum nominibus prosequendos quam proclives et prompti, 89, 90. Cur in odium Christianorum Judæos in restoratione templi adjuverint, 74. Græcorum quidam Dei Matrem, convitiis in comotationibus proschudentes quas penas dederint, 852. Eorum superstitioni quam addidit Julianus imperator, 46, 47, 48, 49. Græcorum et ethnicorum doctrina Christianis utilis et necessaria, 56, 57, 58, 59. Eorundem in Christianos odium et persecutio, 22, 23 *seqq.* Græcorum superstitionum tractatus, 551, 552. Græcorum idola inservientium Ecclesiæ quomodo diruta et everse, 271, 272. Responsa Græcorum oraculorum fraudulenta, 66. Græcorum idololatrarum interitus propter oracula quædam litteris distincte designata; iulio facto litteræ ÷ usque ad ω, 202, 203.

Græda maxima sub Valente, 116, 117. Græda circa Romanam depraedationem quanta, 425.

Grata, magni Valentianæ et Justinæ filia, virgo mansit, 177.

Gratia divina etiam per indignos se exhibet, 471. Gratia Deo actæ a Theodosio, victoria de Joanne tyranno reportata, 431. Gratiarum actio Deo reddita ab Honorio, audita morte Alinichi ducis, 446, 447.

Gratianus et Valentinianus Junior, quomodo totius Romani imperii curam susceperint, et socium imperii Theodosium Magnum sibi asciverint, 222, 223, 224. Imperatori summo et Deo primitias imperii consecrat, et quomodo Ariabius relegari, revocatus, ut exsulibus episcopis, Nicæne fidei professores Ecclesiis præfecerit, 225. Ab Adragathio Maximo tyranni duce quomodo captus et interfectus, 260, 261.

Gratianus tyrannus ad imperium evectus et jugulatus, 416.

Gregoras et Heraclius quomodo moverint bellum adversus Phocam, 886, 887.

Gregorius Arlanus, Athanasii successor a plebe occisus, 138.

Gregorius instituto Juliani quomodo se opposuerit, 55. Gregorii tres in Ecclesia Dei, omnes sanctitate insignes; et quomodo distinguendi, 137.

Gregorii et Basilii fraterna conjunctio et amicitia, 157.

Gregorius Nazianzenus Theologus, quomodo Constantinopoli in dominicâ Synaxos et collectas celebrans, *Constitutio* consubstantialis fidei præverit, 254.

Gregorius (ut) Theologus Constantinopolitanum epi-

scopatium sit sortitus, 251, 259. Ut idem quondam ex Ægyptiis offendit cernens propter episcopatus sui translationem, sedem Constantinopolitanam abjecerit, et concordia ecclesiarum ductus in propriam se receperit patriam, 240, 241. Gregorii Theologi sententia de duabus naturis explicata, 871.

Gregorii duo, Theologus et Nysseus, quo tempore exstitierint, 204.

Gregorius Theopolitanus convitiis proscissus, causam obtinet, 824, 825. Mittitur ad defectorem exercitum, 827. Ejusdem oratio ad milites, 827, 828, 829. Quomodo paruerit ei exercitus, rursusque Philippicum ducem elegerit, 829, 830. De crucibus ei missis, 836. Ut et paratæ fuerint insidiæ ab Anatolio mago, 811, 812. Gregorius Theopol. dogmata Severi exterminat, 831. S. Simonem Thaumastoritam decumbentem adit, 839. Eius obitus 842. Gregorius Theopolis anistes vir late gloriæ, 795, 796.

Gregorius Antiochiæ præsul servatur a ruina per terræ motum illata, 826.

Gregorius Magnus quam bene naturam et mores Apostatæ depinxerit, 91, 92, 93. Ejusdem de tractatibus disciplinæ opinio, 59, 60. Quam ejus successores, 58, 88. Ut Gregorius Ecclesiæ catholicæ præfuerit, 253.

Gregorii Romani et Joannis Constantinopolitani contentio, 853.

Gregorii Agrigentini elogium, 774.

Gundamus Vandalus Christianorum persecutor, 759, 751.

H

Hæresis contra gratiam Christi, sub Gratiano tyranno, 446, 447. Hæresis Auxentii Mediolanensis auctoris, 174. Apollinarius, 227, 250. Aph harto ioculator, 782, 784. Anastasii et Nestorii, 505, 506, 507. Eutychetis, Dioscori et Severi expugnata, 594, 595, 705, 706. Hæreses Eusebianorum, Macedonianorum, et Ariarum in quas alias hæreses divisæ: et quibus ex causis, quæque earum ab alia secesserint, 283, 384, 285, 286. Hæreses et sectæ quomodo in varias dissectæ et divisæ sunt hæreses, 252. Hæreses esse oportet juxta Apostoli dictum, 531. Hæresium variarum condemnatio, 256, 257, 258. Hæresium multarum origo et nomina, 868, 869, 870. Item, 876, 877.

Hæretici, ex constitutione Theodosii, qui censendi, 223. Theodosio male accepti, 249. Hæreticorum turba, 869, 870, 871, 872, 873, 874, 875, 876, 877.

Harmatus dux, proflitor, 670, 671.

Hebræorum adversus Christianos tumulus, 867.

Helias Hierosolymitanus antistes: et quomodo propter Chalcedonense concilium imperatori restituit, 702, 705. De eodem et Joanne Hierosolymitano, 707, 708.

Helias monachus admirandus, centesimum et decimum excessit ætatem, 180.

Heliodorus Tricæsis episcopus cor depositus, 736, 797.

Heliodori temperantia, 193.

Helion dux Theodosii mittitur ad Persas de pace acturus, 482.

Helipolitanæ quantas fidelibus calamitates iniecit, 25.

Helladius Jovis sacerdos, 272. Viros decem morti se dedisse affirmavit, 274.

Helladius Casariensis episcopus post Basilium Augustinum, 366.

Helles monachus, miraculis clarus, 179, 180.

Heraclides Ephesiorum episcopus, 366.

Heraclides adversus Chrysostomum inducitur, 326, 387. Quid ei acciderit sub Attico, 416.

Heraclius mittit milium adversus Phocam tyrannum, 886, 887.

Herbæ ad status Christi pedes enatæ efficacia, 70. Nomen, 71.

Hermogenes damnatus a Sabbatio, ejusdem tamen consecrationi interfuit, 463.

Herodianus quidam cædem Mauricii prædixit, 451.

Heron episcopus ad cædem superstitionem p.o.apus quam acerbe et misere vita excesserit, 68, 69.

Herychas monachus in Paestina celeritimus, 191.

Hierosolyma varia appellatio, 77.

Hierosolymorum præsul extincto Phoca, 888.

Hierax humilioris literaturæ magister quam acerbe pro Cyrillo tractatus, 466, 467.

Hilarion (S.) miraculorum editor, quomodo Gazæorum persecutionem vitaverit, 24. Quamvis ejus discipuli, 191.

Hilarii Pictaviensis post reditum ab exilio gesta, 41.

- Hilderichus Honorichi filius, ut faverit Christianis, et de ejus regno, 751.
 Hispania cur dicta Iberia, 225.
 Historici Græcæ superstitionis cultores, propter Christianæ religionis odium perperam et falso multa scripserunt, 720, 721, 722, 723, 724, 725.
 Ilomeritæ ab Auxumitis victi, 487.
 Hominis consideratio viris principibus habenda, 326, 327. Homines quidam marini, 857. Homines natura facite quibus gaudet studiis et laboribus semper ad detrimentum tendere solent, 74.
 Honorichus Genserichi filius jungitur matrimonio Eudociæ, 604, 605. Quam ævus Christianiorum persecutor, 749, 751.
 Honorius imperator renuntiat, 510. Occidentale sortitus a patre imperium: et quomodo Siliico apud eum summam rerum administrationem consecutus sit, 539, 540. Ut in matrimonium Constantio Gallam collocaret, et Constantinopolim profectus sit, 445, 446. Cujus ad Arcadium rescriptum quoad legationem piorum pro ecclesia Constantinopolitana, 413, 415. Ejusdem obitus: et de eus liberis, 450, 450.
 Hormisdas Romanæ Ecclesie præsul, 732.
 Hormisdas Persarum rex: et de paratis structisque contra eum insidiis, 852. Quomodo a filio suo sit occisus, 853.
 Hornis las Persa nobilissimus martyr, 476.
 Hospitius infidi consuetudinem aversatus est Constantius, et quomodo, 449.
 Hulda Hunorum dux, 420.
 Hilderichus Honorichi filius ex Eudocia, 605.
 Hungaria unde sic appellata, 790.
 Huni qui dicantur: et de eorum adversus Gothos bello, 208, 269. Eorumque excursio per Thraciam, 420.
 Huni, qui ex angustiis Caspiis proruperunt, 717.
 Hunorum Saberorum excursio, 694.
 Hymno (de) ter sancto: *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis, miserere nostri*; quando ceperit in Ecclesia canitur, 514, 879. Hymnorum alteræ de-cantationis usus, 364.
 Hypatia philosopha Alexandriæ qualis, et quomodo necata, 469, 470.
 Hypatus dux quomodo proditus et captus, 716. Caput amittit, 748.
 Hypomnemotographi, 450, 452.
- I
- Ihæ epistola ad Mariam Persam jamuata, 776.
 Icaris montis descriptio, 817.
 Idololatræ Græci quomodo perierint, 202, 203. Idololatrarum templa quomodo Alexandria everta, 271.
 Idola sub Theodosio juniore funditus disiecta, 443.
 Idolorum eversio et abolitio quæ varias seditiones excitavit, 276, 277, 278.
 Ignatius, tertius a Petro hierarcha Antiochiæ; et de ejus exstasi, 365. Ignatius divinus quomodo Roma Constantinopolim, et inde Antiochiam delatus, 539, 540.
 Ignis et fundamentis ipsis ad recentem Hierosolymitam templi structuram paratis existens, et alius item de celo imminens quam stupendum habuerit effectum, 75.
 Ignis sanctum Marcianum reveretur, 621, 622. S. Dama-lem Styliem, *ibid.* A Persis adoratus, 475. Ejus tempus diluitur, 474. Ignis celo quasi rupto cecidit, 426.
 Ignis et celo in statuum Juliani apostati cur dejectus, et de ejus effectu, 70.
 Illux; et de eus tyrannide, 688, 689.
 Imago Domini Jesu Christi non manufacta, et de ejus virtute, 729. De imagine B. Mariæ, a D. Luca depicta, 607, 608, 610. De alia ejusdem in cypressis ingeni latens quomodo seipsam indicaverit, 513. De alia ejusdem quæ Anatolium magnum aversatur, 812, 813. De imagine Servatoris quæ vocem edidit in favorem Mauricii, 865.
 Innumeres gens bellicosa Christianismum suscipit, 716.
 Immortales apud Persas qui, 482, 483.
 Imperator verus, qui, 661, 662. Imperatoris locus in Ecclesia a D. Ambrosio designatus, 520. Imperatores non pauci, Græcam superstitionem professi, miserandum in modum perierunt, 724, 725. Imperatores post Valentianum occisum, 604.
 Imperium Romanum adventu Christi maxime crevit, contra Zozimi dicunt, 722, 723, 724. Imp. rit dignitas quantæ, 816, 817. Servitutem exercere admonet, *ibid.*
 Incendium quantum in Constantinopoli acciderit illo ipso die quo Joan. Chrystost. discessit in exilium, 396, 397. Maximum autem Constantinopoli, 620, 621. Gravissimum in urbe Nevasuotum, ecclesiæ inter, 55. In-
- cedia pleraque Antiochiæ veluti futurorum malorum prænuntia, 754.
 Indes tyrannus captivus mittitur cum Longino Selinuntio ad Anastasium, 715.
 Indignatio divina in universum orbem, 425, 426, 427.
 Indolentes monachi, 556.
 Indorum populi multi Christianismum complectuntur, 787.
 Innocentii Papæ Romani litteræ ad S. Chrystost. exsulem et clerum Constantinopolitanum datæ, 414, 415, 416. Ejusdem ad Arcadium, Eudoxiam, Atticum et Theophilum excommunicatorum litteræ, 419, 420.
 Inundatio tempore Juliani coorta Alexandriæ, 84.
 Isacius (S.) monachus, et quomodo Valente imperatorem sit allocutus, 214.
 Isauri quales populi, et cur apud eos exulare jussus sit Joannes Chrystostomus, 463, 468. Iaurorum prædonum per Phœniciam excursio, 420.
 Isdigerdes Persarum rex curator Theodosii junioris simul et imperii institutus ab Arcadio: et de admiranda ejus in hac re virtute, 437, 438. Quomodo in Perside Christianismum perniverit, et ut pius vita excesserit quam illum omnino imberberit, 472, 473, 474.
 Isidorus Cypri episcopus, 251.
 Isidorus Alexandrinus presbyter, advenarum et pauperum procurator, 348.
 Isidorus ut Theophilo sit adversatus, 373, 374.
 Isidorus monachus celebris, 180.
 Isidorus Pelusiota, 503. Monachus præclarissimus: et quæ Cyrillo et aliis de sacro Chrystostomo scripserit, 566, 567, 568.
 Isidorus Milesius egregius faber, 763.
 Ismael orator Persa, martyrium a Juliano passus, 39.
 Ismaelitarum origo, et quomodo Christianismum susceperint, 206, 207.
 Ithyphallorum statuæ cum contumelia tractatæ, 271.
 Iuphilli ridendi, 552.
- J
- Jacobi Nibeni sanctitas, et miraculum insigne, 624.
 Jacobus Persa lapsus, deinde reversus ad Christum, constantissimus martyr extitit, 478.
 Jacobus, unde Jacobitæ nomen acceperunt, quis fuerit, 868, 869, 871, 882.
 Jebus, nunc Hierosolyma, 77.
 Jejunium apud Romanos quovis sabbato, 299, 300. Jejunium quam a Theodosio frequentatum, 411. Jejunium monachorum Palestine, 558. Jejuniorum apud veteres observatio varia, 291, 295. De Jejunio Arziburi canis Sergii apud Armenios, 885.
 Joannis Baptistæ ossa, et quid de his Sebastianus factum, 52. D. Joannis Baptistæ caput quomodo inventum, et quid inter illius delationem acciderit, 353, 354.
 Joann. Chrystostomus etiamnum adolescens præstantem ingenii animique vim et specimen exhibuit, 139. Ejusdem et Sisinii contentio, 504. Qualis ejus institutio puerilis et vita: et ut doctrina simul et virtute fulgens ad episcopatum Constantinopolitanum sit promotus, 343. Ejusdem scripta, 349. Ut idem cura pastoralis et doctrina fungens, et multorum arguens et corrigens delicta, improbitatis nomine suspectus haberi ceperit, 350. Iusdem pro ecclesiis dicendi libertas et apud imperatorem et apud Gainam, 556, 557. Consolatur populum Antiochenum; et de ejus orationibus, quas *Statuta* inscripsit, 525.
 Joannis Chrystostomi legatio apud Gainam, 361. Ut in Asiam profectus, sacerdotio non recte iungentes deposuerit; et de injuriis quibus idem ab hisdem sit affectus, 566, 567, 568. Quomodo doctrina sua populum quo vellet duxerit; et ut miraculo, non sine Dei numine, intercedente, mulierem hæresi Macedonianorum infectam converterit, 365, 364. Ejusdem et Severianii Galatorum antistitis dissidium, et ejusdem compositio, 568, 569. Convenit ab Isidoro, Dioscuro, et fratribus ejus propter persecutionem Theophilii, 373. Ut Theophilus ei sit adversatus, 376, 377. Ut post Epiphani discipulum, multorum subierit calumnias et convitia, 381, 382. Absens indicta causa damnatus a synodo contra eum congregata, 383. De eus exilio, populique ob id concitati seditionoso clamore: et ut invidus sedem suam receperit, pacem atque benedictionem populo precatus, 384, 385, 386. Ut a synodo pro eo congregata episcopatum retinere jussus sit, 38. Ejusdem abrogatio et exilium secundum, 584, 589, 590. Ejusdem epistola, ea quæ ei acciderunt, commemorans, 591, 592. Ejusdem exilium quam injestum: quæ verba ad sectatores suos abius dixerit: et de populi erga eum benevolentia, 592, 595, 594, 595. Illius factores committit, quæ antea verumias per-

tulerint, 597, 598, 599, 400, 409. In locum, cui nomen Cucusus, proficiscitur; et ut Adelphius, visione divina admonitus, eum exceperit, 405. Ejus ad Constantium presbyterum litteræ pro Ecclesiis; et singularis de exilio ejus expositio, 406, 407, 408. Illius memoria et nomen quomodo et a quibus primum in album Ecclesiæ relatum, 490, 491, 492. Ejus hostes omnes quam male perierint, 426, 427. Ut in ulteriori exilio amandatus fuerit; de scriptis ejus; et quomodo vita hac relicta in eorum migravit, 427, 428, 429. Quomodo fuerint ejus reliquæ reductæ; et de miraculis quæ acciderint injustum ejus exilium deprædicantibus, 536, 557, 558. Quidam ejus discipuli sanctitate et doctrina conspicui, 566.

Joannes (ut) Antiochenus et Theodoritus cum suis, consilioque cum Nestorio coacto Cyrilum et Memnonem in sedibus episcopalibus ejecerint: et ut ipsos id auses synodus abrogarit, 514. Joannes Antiochenus et sanctus Cyrillus quomodo in gratiam redierint, idem senserint, et jubente imperatore Nestorii abrogationem ratam habuerint, 515, 516, 517.

Joannes successor Cyrilli Hierosolymitani, 267, 270.

Joannes divinus Cyrilli successor, 502.

Joannes Hierosolymitanus patriarcha quomodo in communionem a sanctis Patribus receptus, 707, 708.

Joannes A exandria episcopus, 686.

Joannes alter ejusdem successor, *ibid.*

Joannes Apameæ episcopus, 250.

Joannes Egyptius monachus clarissimus, 179.

Joannes et Pisanion celeberrimi monachi, 182.

Joannes Romanus antistes, ut Byzantium se contulerit, 746.

Joannes Chozebites et de ejus sanctitate, 756, 757.

Joannes Tabennesiotes Alexandria episcopus, 673.

Quomodo Romanus prefectus Felici Romano episcopo persuaserit, ut is Aecario repente episcopatum abrogaret, 679, 680. Exilio mittitur ab Anastasio, 695.

Joannes Thrax dux Orientis, 822.

Joannes Timostrati filius, proator, 840.

Joannes, Carolinus dictus, Romanus Presul, 785.

Joannes Misericors Cyprius episcopus, A exandrinus, 887.

Joannes, cui patria Sirmis, novæ Romæ episcopus, 781.

Joannes J junator, 794. Plura de eodem, 853.

Joannes Gotthus, et de ejus tyrannide, 450, 451.

Joannes Grammaticus Philponus cognominatus quis fuerit, et de ejus dogmate, 870, 872, 873, 874. Triheitarum prefectus, 878.

Joannis Eleemosynarum cineres, 853.

Joannis monachi virtutes et consilium Theodosio datum de expugnando Eugenio, 510.

Joannitæ qui cognominati, 590. Graviter accepti, 394.

Jovinianus exactioratus imperitri aula exactus a Juliano, 52. Jovinianus Pius imperator renuntiavit in Perside, et quomodo, 94. Quomodo episcopus exsules revocavit, statuta Christianorum sacra in Ecclesiis honorifice restituit, et idolorum cultum sustulit, 95. A presidibus Ecclesiarum quoad dogmata convenitur, et quomodo, 96, 97, 98. Ejusdem præclarissimum verbum, accepto a Macedonianis libello supplicii, 97, 98. Eiusdem de rebus divinis affectio et sententia, 102. Ut in Dedastanis, non sine magna piorum omnium jactura, vita excesserit, 103, 104. De ejusdem imperio, *ibid.* De ejus militibus, 110, 111.

Jovianus tyranni cædes, 449, 450.

Jovius Italiae prefectus, 420, 422.

Jovis templum apud Apamianos, quomodo directum, 276, 277.

Judæus (ut) paralyticus in baptismo sanitatem receperit, sacris presideente Alio Constantinopolitano, 461, 462. Ut Judæus dolo sæpe baptizatus, ad Paulum et iam Novatianorum episcopum venerit baptizandus: et ut aqua baptismi subito evanuerit, 471, 472. Judæi ejusdem impietatis simul et crudelitatis, 759, 710. Ferro tandem cæditur, 741. Judæi propter irrisa Christianorum sacra, quam vindictam petiderunt, 470. Judæi, etiam inviti Christum verum Deum esse quando professi, 75, 77. De vestibus eorum, quæ crucis signis radiorum instar conformatis, sunt consignate, 75. Eorundem in Christianos odium et inimicæ Juliano eis tempore Hierosolymitani restaurationem permittente, necnon supplicata ferente, 72, 73, 74. De Judæorum Alexandriae concitata seditione et expulsiōe, 466, 467. De his qui in Creta vagantur, postea Christianissimum susceperunt, 552, 553.

Julianus Sabas, monachus virtute præclarus, revelationem de cæde Juliani prævaricatoris apud Persas, quomodo habuerit, 82.

Julianus monachus laudatissimus, et ut monasticam

in solitudine vitam reliquerit, Christi gregem tulaturus, 150, 151.

Julianus Marciani imperatoris frater, 587.

Julianus prævaricator qui fuerit, unde ortus, et quibus studiis Romanorum imperator fuerit renuntiatus, 5, 6, 7, 8, 9.

Julianus apostata, arrepto imperio, omnia ad voluntatem suam agit, ridetque Constantium, 10. Res stupenda quæ ipso Thracia versus procedente accidit, *ibid.* Constantinopolim ingressus, salutatus est Imperator, 11. Quam imp denter et aperte religionem abjuravit, 12. Quomodo in idolorum famis veraretur, et inter sacrificii oblationem in horrenda spectra incidere, *ibid.* Consternationem afferebat omnibus tantum ejus in religionem ostiam, 13. Christi religionem colentibus fit inestus, 15, 14. Constantiniam civitatem juri Gazæorum adjudicat, nomen mutat in Gaze portum, 14. Quid Cæsares fecerit propter idolorum templa, *ibid.* Christianis tributa imponit, 15. Quomodo, ut favorem plebis sibi conciliaret, passim omnes episcopos a Constantio in exilium pulsos revocari jussit, 16. Quomodo reliquos persecutores exasperaverit, 26. Epistola ad populum Alexandrinum missa propter Georgii cædem, 20, 21. Quomodo res in foro venales polliu contaminarique jussit, 51. Ad Pontificem Galatæ Arsacum epistola, ut Christianorum mores consecraret imitando, 45, 49. Quæ contra pietatem Christianam impius egerit, et quomodo callide copas ad deorum cultum, 50, 51. Ejusdem decreta contra Christianos publicata, et ut pecunias exigere coepit, 55. Responsum ejusdem ad Christianos de rectoribus provinciarum apud ipsum expostulantes, *ibid.* Quomodo lege caverit ne Christianorum pueri Græcarum artium et institutionum disciplina erudirentur, 54. Quomodo expeditionem adversus Persas motus, Antiochiam venerit; ibique propter barbæ prolixitatem scommatibus affectus, contra Antiochenos librum, *Mispogona*, id est *bata osorem*, scripserit, 60, 61. Quid eadem in Antiochenorum loco Daphne acciderit, 61, 62, 63. Statum Christi, suam in ejus locum constituturas, dejicit: et quod miraculum de repente apparuerit, 70. Quomodo religionem nostram extinguere conatus, Judæis ipsis permisit Hierosolymis templi restorationem, 72. Eiusdem in reliquias sanctorum, sævities, per Judæos et Græcos, 52. Clericos, senatorum munere fungi jussit, et annonam Ecclesiarum dæmonum ministris ascripsit, 53. Quæ ratione demum idololatram Græcorum vehementius comprobavit, 44, 45. Quomodo arte et dolo idololatram confirmaturus, religionis Christianæ ritus idolorum famis accommodare instituerit, 46, 47. Quomodo legationem Persarum nihil moratus, impetu in Persidem facta, temere et per errorem naves ad Euphratem exori jussit, et prælio commissio, lethaliter vulneratus interierit, 78, 79, 80. Quæ divinæ visiones quibusdam apparentes, eas apud Persas extremam cædem portenderunt, 82, 83. Ejus verba, præcipue in Christum, 83, 84. De lugubri ejusdem oratione, a Libanio Sophista Syro conscripta, 85, 86. Quamvis fuerit scommatum consecrator, 87, 88, 89. Ejusdem ingenium, mores, gestus corporis, mors et sepultura, ex Gregorio Theol., 91, 92, 93. Cadaver ejus quomodo sepultum a Joviano, 105. Juliani et Valentianii dissidium, religionis causa, 110. Julianus prævaricatoris avunculus quam avunculo vitam finierit, 66, 67. Conjugal ad ipsum verba, 69. Quam superstitiosus et infensus Christianis, 19, 20, 21, 22.

Julius Casar omnium mulierum vir, et omnium virorum mulier, 178.

Jusjurandum violatum, 670, 671.

Justa Justinæ filia, virginitatem complexa, 177.

Justina mater Valentianiani molestiam Ambrosio episcopo Mediolanensi exhibet, et ecclesias ibi turbat, 239, 260. De Justina imperatrice et de Valentianiano ejus filio, 176, 177.

Justinianus Magnus imperio suscepto professionem et fidem Chalcedonensem derendit: et quomodo ejus uxor magis ad eos qui unam Christianorum tribuebant, fuerit inclinata, 742, 743. Res ab eo gestæ plures, memoratu dignæ, 744. Christianos miseratur, 751. Ejus avortia et prodigalitas juxta Evagrium, 761. Instaurat sapientie verbi Dei templum, 764, 765. Quam ad ductus factioni Cyaneæ, 766, 767. Ut a recta fide desciscens, Christi homini corpus ante passionem in impatibile professus sit, 784, 781, 782, 783, 784. Quomodo mortuus, et de opinione ac fide ejus, 786. Ubi sepultus, 788.

Justini primi imperium; et quomodo fuerint ab eo sublati Amantius eunuclus, Theoritus, et Vitalianus, 741, 752. Eiusdem et Antiochenorum luctus ob terræ motum, 755.

Justinus scietum imperii Justinianum sibi legiti, 742.

Justinus junior, Justiniani successor, de ejus Imperio et moribus, 788. Quomodo Justinum cognatum suum, item Etherium et Addeum de medio sustulerit, 789, 790. Ejus de fide constitutio, 791, 792, 793. Quam velle placibus addictus, 797, 798. Ut in phrenitidem incidere, 801. Ut Tiberium in imperio sibi substituerit: et quæ ad eum moriens de rebus imperii verba fecerit, 802, 803.

Justinus frater Justini ab Imperatore Justino sublatus, et Je rebus ab eo gestis, 809, 810.

Justitiæ munus, 200.

Justus Justinæ imperatricis pater propter somni expositionem occisus, 176, 177.

Juvenalis Hierosolymorum episcopus post Praxillum, 502, 508. Expellitur, 600. Restituitur, 601. Quid de sancta obdormitione sanctissimæ Dei Genitricis ad Pulcheriam Augustam dixerit, 608, 609, 610. De ejus obitu, 634.

Juvene (de) quodam inter beluas assumpto, 837.

Juventinus, egregius martyr, 31, 32.

L

Labarum apud Romanos quid, 421.

Latoius Melitensis episcopus, 158, 159.

Laurentius martyris reliquiæ, 456, 459.

Laurentius et Symmachus Romani episcopi simul, et de dissidio exinde nato, 709, 710, 711.

Lectiois evangelicæ ritus apud antiquos, 298.

Legatio Macedonianorum Romam missa, 119. Legatio Vandalorum, Alanorum Suevorumque ducum ad Honorium quibus verbus expressa, 445, 447. De Legatione quam viri Romam de Joan. Chrysostomi judicio miserunt, 413.

Legati Roma missi, qualia Eudoxiæ et Attici suggestionem pertulerint, 417, 418.

Leo Papa quam ægre tulerit necem Flaviani, 553. Ejusdem epistola ad Flavianum episcopum Constantinopolitanum quanti sit ponderis, 592. De D. Leonis veteris Romæ episc. Tomo, 869.

Leo magnus Romanorum imperator post Marcianum salutatur, 610. In ordinatione Aeruli quomodo se gesserit, 612, 615. Ejusdem litteræ ad varios tum episcopos, tum monachos pro concilio quarto Chalcedonensi, 615, 616. Corpus S. Symeonis sibi dari petit ab Antiochenis, deinde reliquit, 562. Ut templum Deiparæ condiderit, Fontis nomen habens, 626. Quomodo mille et centum naves contra Genserichum miserit, Basilisco conjugis suæ Verinæ fratre classi præfecto, qui proditor exstitit, 631, 652. De ejus obitu, 605, 635.

Leo minor, Zenonis et Ariadnæ filius, 633. Renuntiatur imperator, 635. Leo paret Zozimæ viro sancto, 757, 758.

Leontius monachus, deinde Ancyranus episcopus, 195. Egregie Philoponum oppugnat, 874. Leontii et Illi tyrannis, 688, 689.

Legis translatio, translato sacerdotio, 291. Legum observationem, vitæ suæ prætulit Socrates philosophus, 204, 205.

Libanius Syrus sophista, quid de interemptore Juliani scriptis mandarit, 81. Quid item in funebri oratione Juliani contra Christianos scripserit: et de responso, ejus dicta refellente, 85.

Libanius D. Chrysostomi magister in rhetorica, 311.

Libelli amorum prohibiti, 206, 297.

Liberaltas Tiberii, 808.

Liberorum procreatio apud quos magni pendatur, 207.

Libertas Christi sequarum, 290.

Libya occidentalis quomodo Vandalis subdita, 577, 578.

Litanæ usus, imperante Theodosio juniore, pro serenitate petenda, 445. Item et sub Theodosio et Proclo, 514.

Logodium fuga sibi consulens Theodosium adit, 416.

Longinus Isaurus et alter Longinus: et de eorum rebellione, 712.

Longinus Zenonis imperatoris frater, 690.

Longo, um appellatione qui venerint, 187.

Lucentius et Bonifacius concilio Chalcedonensi interfuit, 538.

Luciferi Calaritanæ reditus, et quid post eum egerit, 55.

Luciferi heresis qua de causa proditit, 41.

Lucius ab Ariano constitutus Alexandriae episcopus, 18. Lucius quantopere Samosatensis odiosus, 141, 142. Lucius Arianus, ejecto Petro, in sacram Athanasii sedem collocatur, 152. Quam in ejus incertum mala, 155. Ejus persecutio adversus monasteria Egypti quam gravis, 153, 154, 155. Lucius Alexandrinus carpitur a Mose

ordinando Arabum episcopo, 206. Cum Demophilo Alexandria exit, 235.

Luctus præfecti mortui civitatis Chubbam, 849. Luctus Justinii imperatoris et Antiochenorum pro illatis a terræ motu calamitatibus, 755.

Luna per octennium cum sole convenit, 200.

Lycus (ut), sive Lupus in locum Baisæ Edessenorum episcopi substitutus sit a Valente, 145.

M

Macarius Hierosolymit. sede deturbatur, 773.

Macarii monachi virtutes, 185. Macarii Egyptii dictum præclarum de reminiscencia injuriarum, non detrimunt a damone Matri, 198. Aliud ejusdem de siti et de continentia, *ibid.*

Macarii duo, viri sancti; et quomodo propter fidem exsultantes, multa miracula ediderint, 151, 153.

Macedonianus clarissimus monachus, quæ Theodosio per ejus duces de statuatum eversione nuntiaverit, 326, 327.

Macedoniani quanta libertate suam impietatem docuerint, 42. Ut Antiochiæ libellum supplicem de dogmatibus Joviniano quomodo obtulerint, 96. Eorum nomina, 97. Synodum Lampsacenam a Valente petisse dicuntur, et qua de causa, 113, 114. De Macedonianis, et *τὸ ὁμοούσιον* consubstantialis cultoribus: et de legatione priorum Romam missa, 119. Macedoniani sub Gratiano quomodo Ecclesiam turbarint, 225. Eorum condemnatio, 256. Inter se discordia, 285.

Macedonii Phrygiæ egregium pro Christo certamen et martyrium, 27, 28. Macedonianus qua de causa mortem subiturus ipse se dederat, 54.

Macedonius Constantinopolis episcopus, quomodo sit expulsus, et quem vitæ finem sic sortitus, 69. Ejusdem restitutio, 745.

Maceles, magni Leonis imperatoris cognomen, 610.

Maeri sive Longi fratres, 187.

Macrina Basilii magni soror, 157.

Magnus quam impius, 158, 159, 160.

Magorum Persarum dolus de eiciendo Christianorum episcopo Maratha deprehensus, 472.

Majorianus imperator, 604.

Malchion et Crispion fratres monachi, 191, 192.

Malum ingens et admirandum Eudociæ dono datum, 485.

Mamæ (S.) sepulcrum, et quid inter ædificandum ipsi templum, a Gallo et Juliano mirandum acciderit, 6.

Mammona (de) iniquitatis faciendi amici, et quomodo id intelligendum, 764.

Mandra, locus monastici exercitii S. Simeonis, 552, 553.

Manichæi hæretici, 869.

Mansuetudo Procli et Theodosii ex æquo, 523, 524.

Manuel orator Persa, martyr, 30.

Marazas heros Persa concisus, 831.

Marcellus Apamenorum episcopus quanto studio in demolendis idolorum ædibus sit usus, et tandem martyri defunctus, 276, 277, 278.

Marciano (de S.), magno Ecclesiæ Constantinopolitaneæ ævo homo, 621, 622, 625.

Marcianus Novatianus episcopus, 502, 505. Ut Novatianorum electus fuerit episcopus post Paulum, 555.

Marcianus Theodosii Junioris quomodo successor, 580, 581. De ejus imperio quæ signa præcesserint, imperium et portententia: quibusque is fuerit mordus, 583, 586, 587, 588. Marciani imperatoris Christianissimi obitus, 610.

Marcianus Anastasiæ et Carosæ filiarum Valentis præceptor, 118.

Marcianus monachus, 195.

Marcianus Anthemii filius; de ejus tyrannide; et quomodo captus, ad sacerdotium sit promotus, 687.

Marciano succenset Justinus, 798, 799.

Marcus apud Scetium celeberrimus monachus, 183.

Marcus monachus insignis; et de ejus libris, 507, 509, 570.

Marci Arethuserum episcopi martyrium, 28.

Marcus tyrannus in Britannia renuntiatus et occisus, 416.

Mare igni ardere quando visum, 426.

Maria Virgo quando ceperit invocari, 654. Quid de illius obdormitione Juvenalis memoris prodiderit; necnon de e uslem fascis sepulcrabhus, 608, 609, 610. De veneranda ejus veste, ut ea Hierosolymis ablata in templo, cui Blachernæ nomen, reposita sit, 623, 626.

Mariae Virginis templi, cui fontis nomen inditum, descriptio, 66, 627, (25, 62).

Maria Virgo, Christi simpliciter, non Dei genitrix,

secundum Anaslimum et Nestorium hæreticos, 505, 506.
 Maria Aegyptiaca, et de ejus cum sancto Zozima sermionibus, 758.
 Marianus monachus, 198.
 Marinas, Arcadii imperatoris filia, pietas et virtus, 430, 440.
 Marianus Demophilii successor, 267.
 Marini Syri adversus Vitalianum expeditio, 717.
 Maris Chalcedonensis episcopus quam animose Julianum cerperit, et quid illi responderit Apostata, 45, 46.
 Maris Dolichæ oppidi episcopus, 251.
 Maroas monachus, 194.
 Mars diis ridendus tanquam spectaculum exhibetur, 672.
 Martyres cultum Juliani respuunt, 7. Quinam sub Juliano apud Gazæos passi, 22, 23. Quinam in in Phœnice et Helopoli, et Arethusa apud Syros passi, 25.
 Martyres sub Honoricho persecutore, 749. Martyres Phryges, et Anyciani, Juliano imperante, 27, 28. Martyrum quadraginta reliquæ ubi, quando, et quomodo inventæ, 456, 457, 458, 459. Martyribus gloriam invadebat apostata Julianus, 46, 52.
 Martyrius Ilicum episcopus, 215.
 Martyropolis prodita, 830. Tandem recuperata, 831. Iterum circumcidetur a Comneniolo, 832.
 Maruthas (ut) Mesopotamiæ episcopus Christianismum apud Persas induxerit, 473, 475.
 Matthæi (S.) evangelium ubi inventum, 716.
 Mavia Arabiæ regina quomodo bellum contra Romanos cepit, ac mox cum iisdem pacem saxeit, 205.
 Maurianus consulitur a Zenone imperatore de successoris imperii, 689.
 Mauricius quomodo lectus Orientis dux a Tiberio, cretusque deinceps imperator, 813. De ejus designatione ad populum oratio pro eundem Tiberium, 813, 816. De ejus conjugio, et conjugæ ejus Augusta, 818. Qualiter, quibus moribus, quo genere, et quibus animi affectionibus fuerit, 817, 820. De prodigiis quæ ei imperium portenderunt, 820. Quam splendide Chosroem regem Persarum pro quum exceperit, restituerit, 834, 835. De his quæ ad tumulum S. Euphemie martyris fecerit, 839, 850. Mauricius, seditione contra eum Byzantii facta, ravis pellitur, concivibus proscinditur, 857. Ejus fuga, 860. De verbis in cade liberorum prolatis, *ibid.* Nudantur cadavera, et concipientibus lacrymas exculant, 862. Prædicta fuit hæc cadaveris a damonibus Alexandria, 864. Ut aliquo ante eadem tempore, Deum oraverit, ut ei penas hic dare diviniæ vindictæ permitteretur, 865. De ejus corona, 866.
 Maurusiorum compressus cum Vandalis, 730.
 Maximianus post Nestor um quomodo sedem Constantinopolitanam adierit, qualiter exstiterit, 521, 522.
 Maximinus de pace actus legatur ad Persas, 482.
 Maximus Seleuciæ pastor, 544.
 Maximus Antiochiæ antistes, 598.
 Maximus philosophus, Juliani seductor, 85. Concivis ab Antiochenis proscinditur, 85.
 Maximus philosophus Cynicus, et quid de eo circumferatur, 240, 241.
 Maximus philosophus, Ephesius, Julianum ad Imperatorem Iudicem exorat, 7.
 Maximus tyrannus, et de ejus rebellione, 258, 261. Quomodo victus a Theodosio, 262, 265. Ejusdem tyrannus et cædes, 605.
 Mazaca civitas, nunc Cæsarea, 15, 16.
 Mediolanum commotum quomodo sedatur ab Ambrosio, 174, 175.
 Megalopolis pro Constantinopoli, 244, 245.
 Mela monachus : et quid de eo memoriæ proditum, 193, 191.
 Melchior hæretici, 882.
 Melena mulier sanctitate conspicua, 565.
 Meletius, Paulinus, et Euzoius, tres eodem tempore Antiocheni episcopi, 40.
 Meletius a Macedontanis sejunctus, 97.
 Meletius vir divinus a Valente in exsilium pellitur, 139.
 Meletii reductio ingentem in plebe Antiochiæ contentionem genuit, 225, 226. Ejusdem ad Paulinum verba, 228, 229. Meletii de Ecclesiæ cura, 250, 251. Obitus, 240. Ejusdem reliquæ Constantinopoli Antiochiam translatae, 245.
 Memnon Ephesi antistes quomodo depositus, et restitutus, 513.
 Menas expulso Theodosio, sedi Constantinopolitanæ præest, 743, 745, 772.
 Menas præfectus Aegypti, et de visis ab eo portentis, adjuratisque, in Nilo flumine, 855.

Mensis Panemus apud Romanos quis dicitur, 751. Quis item Gorpæus, 733. Artemisius, 754 Xant' eos, 742.
 Mercatoris cujusdam ad mortem usque amor pro filium incolamitate, 516.
 Metaxa quid sit, 788.
 Michaelæm Arebangelum vita defunctum confinxit, Almazandarus, 711.
 Michææ propheta veteris et illustris reliquæ qua ratione inventæ, 553, 554.
 Militis egregii memoria carminibus a Saracenis celebrata, 205. Ut milites Orientis exercitus per seditionem imperium detractarint, frenosque Imperiales rejecerint, 822, 823, 824, 825, 826, 827. Traduntur in aliam sententiam oratione Gregorii, et parere recipiunt, 828, 829, 830.
 Miraculum ignis quod ad monumentum Glycerie unguento scaturiens ad Heraclæum Perinthi accidit, 850, 851. Aliud contra blasphematores Dei genitricis edium apud Græcos, 852. Miraculum potentiam Christi exhibens, et vindictæ diviniæ adversus impies iudicium ostendens, 69, 70. Aliud de effigie Christi non manufacta, 759. De signo crucis, 758. De imagine Dei genitricis in cupresso protera et ingenti occultata, 545. Aliud memoria sempiterna dignum de imagine Dei Genitricis in odium Anatolii magi, 812, 813. De eo quod puero Hebræo a sanctissima Dei Matre contigit, 772, 773. Miraculum fontis exsecati et pullarum canarum, 622. Miraculum divinum in animadversione cujusdam ex cubiculariis Valentis, propter sanctum Aphraatem, 150. Miraculum Macedoni mortui, 695. Miraculum incredibile Sergiopoli editum dum obsidione cingeretur, 761. Aliud quod accidit ad monumentum sanctæ Euphemie super decisione dupliis fidei decreti orthodoxorum et hæreticorum, 593, 594. Aliud Leonis aquam cæco querentis oblatum, 626, 627. De Judæo sæpe baptizato, 471, 472. Aliud a Sylvano Trajanorem antistite editum quoad navim onerariam, 727, 528. De septem puerorum resurrectione post trecentos septuaginta duos annos, 541. Miraculum, quod exicis linguis Christiani sint locuti, 749. Miraculum fontis Emmaus et arboris Persæ Hermopoli morbos incurabiles sanatum, 71. Miraculum sanguinis et monumento S. Euphemie profluentis incredulitatem Mauricii castigavit, 519, 520. Aliud quoad baptismum ab Ariano collatum, 711. De Judæo sanato, 461, 462. De puero per aerem surrepto; dum Proclus imperator et multitudo supplicationibus in campo vacarent, pro compescendo terre motu, 543, 544. Miracula duo in reductione divi Chrysostomi, 536, 537, 538, 539. Miracula Pauli Novatianorum episcopi duo, 554, 555. Donati et Theoniti antistitum, 528, 529. Et Ephraim, 536, 531. De his quæ templi Hierosolymitani reedificationem Judæis institutum consecuta sunt, 74, 75, 76, 77. Miracula quadam Euthymii, monachi Palestini, 564, 565. Aliæ quedam adhuc exstantia S. Symeonis monachi, 563.
 Misenus episcopus, 680, 691, 682.
 Mithra quid apud Persas, Mithrion item ac Mithriaca, 18. Mithrii tempore demollitio, 271.
 Modestus Edessenorum præfectus, pugno cæsus a Valente, 145, 144.
 Monachus opus non faciens, similis est avaro, 180, 181. Monachi ob quinque causas omnia faciunt, 199. Monachi insomnes, 624. Monachi pabulatores sive pascentes, 192. Monachi Palestini quid scripserint ad Alcionem de Macedonio et Flaviano, 697, 698, 699. Quam acres synodi Chalcedonensis defensores exstiterint, eorumdem vita et conversatio, 191, 535, 536, 537. Monachorum Nitriensium zelus pro Cyrillo, 168. Monachorum quorundam dicta et gesta præclara, 198, 199, 200. Monachorum multorum virtutis laude conspicuorum nomina, 178, 179, 180, 181, 182, 183. Monachorum Aegyptiorum questio de Deo cum Theophilo Alexandria episcopo, 370, 371, 372. De monachis quatuor fratribus cognomen Longorum sortitis, 571. De his qui Syria et Italia Perside fulserunt, 192, 193. De monachis Cælestriæ et Antiochiæ, et aliis qui in Galatia, Cappadocia, Bithynia et ad Pontum Euxinum philosophati sunt; et causa, cur veteres monachi longævii fuerint, 194, 195, 196.
 Monarchæ primum nomen a quo usurpatum, 723.
 Monogamia Romanis ditionibus damnosa exstitit, juxta Procopium, 178.
 Mouomachia Romæ sublata ab Honorio, et qua de causa, 339.
 Monophysitæ qui dicti, 868. Eorum dogma, 871. Julianistæ qui vocati, 868.
 Monstra quæ apparuerunt sub imperatore Mauricio, 854, 855. De aliis quibusdam, 857. Monstrorum duorum humana specie magnitudo et brevis, 307, 308.
 Montaniæ ut Pascha celebrant, 289.

Mores variarum gentium et ecclesiarum recepti, 291, 295, 306.

Mors ferocissima plurimum imperatorum superstitionis amantium, 724, 725.

Motus terræ ingentes, 123, 126. *Vide* Terræmotus.

Moses monachus, 193.

Moses Æthiops prædonum cohortis præfectus, deinde monachus insignis, 181, 183.

Moses genere Libyes, etiam monachus admirandus, 183, 186, 187.

Moses, primus Arabum episcopus, qua ratione consecratus, 203, 206.

Mucronum patio quæ, 845.

Mulier deponendi prebentarii in ecclesiis Orientalibus causa exstitit, 280. Mulier quomodo in ordinem cleri cooptanda ex constitutione Theodosii, 281. Mulier giganteæ generis; de ejus statura, longitudine, et latitudine, 735. Mulieris cujusdam formosæ miranda pudicitia, 424. Mulieris ventri oque, 567, 568.

Multitudini exosa solet esse dignitas, 18.

Munus unum ad sacrum mensam dum afferret Valens, ad stuporem delabatur, 153, 157.

Murologo (de) ad ornatum Thraciæ constructo, 717.

N

Niamates, mentis et probum reipublicæ, relegatus, 821. Christianissimi complectitur, 858, 859.

Narses Persarum dux vincitur ab Ardabuto, 479, 480.

Res ab eo gestæ ejusque pietas erga Deum, 736.

Narses eunuchus sub Justino cur Longobardos in Italiam aleverit, 790. Narses Romanorum dux, et de ejus expeditione bellica adversus Persas, 835. Ejusdem dictum ad Chosroem regem, *ibid.* Narses dux a Phoca combatus, 883.

Natura Verbi divini quomodo intelligendæ contra Philoponum, 872, 873, 874, 875.

Naucratius Basi II frater, 137.

Nemasus Joan. Hierosol. successor, 888.

Nehri, neuri et neuricæ qui dicantur, 203, 212.

Nectarius successor Gregorii in episcopatu Constantinopolitano; et ut non ita pridem baptizatus, cathedram episcopalem conscenderit, 212, 213. Nectarius Constantinopolitaneæ Ecclesiæ curator, qua de causa presbyterum in ecclesiis ad audiendos penitentes ordinatum deponerit, 279, 280, 281.

Negra civitas, et de rebus quæ in ea acciderunt, 759, 710.

Nephalus eicit Severum impium, 699, 700.

Ne os imperator, 604.

Nepos Hierosolymorum episcopus, 503.

Nestabus quantum Gize martyrium sustinuerit, 22.

Nestoris confessoris martyrium, 25.

Nestorius (ut) hæreticus episcopus Constantinopolitanorum ordinatus, per arrogantiam turbis et tumultibus complere Ecclesiam instituit, 503, 504. Quomodo in ipso flagranti crimine per discipulum suum Anastasium sit deprehensus Christum Dominum nudum hominem dicere, et sanctam Christi Deiparam Matrem, Christi Genitricem appellare. Et quæ de eo memoria prodiderit Socrates ecclesiasticus scriptor, 505, 506, 507. A divino Cyrillo quomodo captus, 508, 509. Quid de eo scripserit Celestinus Romanus episcopus, 610. Ab episcopali sede quomodo depositus, 512, 513, 514. Oasim deportatus penitentia ducitur, sed facta, 515. Qualia se passum esse testetur, et quomodo ad Oasim infinitis propinodum toleratis calamitatibus, tandem corrosa et consumpta a vermicibus lingua interierit, 517, 518, 519, 520. Nestorii exsulantis ad Thebanorum præsidem epistola, 518, 519, 520. Eius hæresis adversatur hæresi Monophysitarum, 875. Anthropopatra dicitur, 883.

Nicaretæ (Sancti) Nicomediensis conversatio et vita, 414.

Nicetas et Heraclius mittuntur a Patribus adversus Phocam, 846, 887.

Nicoles Lacon Juliani apostatæ magister, 7.

Nicopolis civitas, alias Emmaus, et de ejus fontis efficacia, 71.

Nilavamon (S.) monachus inter præcandam vitam finit, 587.

Nilus ascetes præclarissimus; et de ejus scriptis, 505, 506.

Nilus Egypti fluvius, et de ejus diminutione, et incremento, 506.

Nisibus a Romanis obsessa, 180, 181. Item et a Marciano, 794.

Nitria (de) monte in quo monasticæ philosophiæ plurimi et maximi professores floruerunt, 183.

Nitrix Monachi. *Vide* Monachus.

Nivium vis et frigoris immunitas, Roma capta, 123.

Nomina sua sub Valente cur mutari philosophi, 203. Nominum inventio quam facili Attico Constantinopolitano patriarchæ, 488.

Novus divinus vir, Edessenorum antistes; Menadem luxu perditam, Deo consecravit, 503.

Novatiani etiam Ecclesiæ admittit imperator Valens, 118. Novatianorum inter se dissidium, 287, 288, 302.

Novatianorum ecclesiæ rursus apertæ, 119. Novatianorum Agelii, Marciani, et Sisinnii doctrina, 502, 303. De

Novatianorum successione; et quæ turbiæ eos etiam exagitaverint, propter Sabbatum, 462, 463, 464. Eorumdem cum eis erga tumulum Sabbatii quomodo sublatus, 457.

Nunychiæ Christianæ, conjugis Geronii generositas, 448.

O

Oasis quæ et Ibis dicitur, 518, 519.

Obedientiam præstant omnia viro qui ex præscripto Dei vitam sibi degendam statuerit, 738.

Observationes variæ et dissensiones quædam in ritibus ecclesiasticis apud veteres et ab ipsi apostolis, 500, 501, 502.

Obsidio Edessæ miranda, sed vana, 759, 760. Nisibus a Romanis, 480, 481. A Marciano, 708.

Occasionis cum aquila comparatio, 688. Quomodo pingatur, *ibid.* Occasionem negligere periculosum, 828.

Occidentis ærumnæ quantæ, et quo tempore, 602, 603. Ochiocratia quid, 819.

Odoacer imperiali cognomine rejecto regem se primus vocavit, 605.

Offertorii muneris usus, 135, 137.

Ogorias victus, 847.

Oira quid, 500, 502.

Olybrius patricius senatus Romani princeps, 604.

Olympias (Beata) et scortatrices ejus quam ægre Joannis Chrysostomi exstitum tulerint, 391, 427.

Olympiades (B.) genus, virtutes, et res gestæ, 400, 101, 402, 405.

Olympius, Aretarum præstantissimus, 622.

Olympius, Sophista Græcus; et quomodo Græcos ad suam religionem retinendam contrinnavit, 272, 273.

Ὀμοούσιος; Consubstantialis etiam de Trinitate creditur, 167. Ὀμοούσιος; consubstantialis contra Arianos probatur, 160.

Opiati præfecti severitas in Tigrum presbyterum et Eutropium lectorem, 399.

Optimus Psideæ Ecclesiæ præsul, 138, 139. Optimus ubi et quando fulserit, 201.

Opus maximum et illustre Anastasii imperatoris, 717.

Or monachi vita et virtutes, 179.

Oraculum in muro Chalcedonis inventum, 113, 116.

Oraculum de colendo Atym sacerdote insano, 90. Aliud Alexandrum faciens Deum, *ibid.* Aliud item pro Cioemete, *ibid.* Aliud de successore Valentis Græcos in frudem, et imposturam adduxit; et quomodo, 202, 203, 205.

Oracula Servatoris de everione Jerusalem verissima, etiam in vitis tum Juliano tum Judæis, 72, 73, 74, 75, 76.

Oracula Græcorum falsa, 66.

Oratio facta consona perficite fidem meretur, et ascensione digna videtur, 514. Oratio Pauli Novatianorum antistitis quam efficax apud Deum, 534. Oratio pii principis Theodosii quam vim habuerit, 451, 452.

Orestes imperator, 604.

Orestes Alexandria præfectus et de ejus politia, 466, 467. Et dissensione contra Cyrillum, 468.

Oribasius medicus Juliani apostatæ, 81.

Orientis ærumnæ, 602.

Origenes monachus, 187.

Origenes Adamantius, et de ejus scriptis, 777. De ejus blasphemis, et anathematismis quibus est marcus, 778, 779, 780.

Origenis libri in manibus Theophili, quos ipse damnaverat, 588. Origenis libri per calumniam interdicti, 576, 577. Ejusdem excommunicatio ab obitu suo ducentis ferme annis, 539.

Origenistæ qui vocati, 572.

P

Pabulatores monachi cur ita vocati, 536.

Pachon monachus in Sæti, 185.

Palestina; (de) solitarii philosophi, 191.

Palestini monachi. *Vide* Monachus.

Palladius monachus, 193.

Palladius Antiocheus episcopus, 686.

- Palladius praefectus, et de ejus in Ecclesiam impetu, et savitate, 156.
 Palladii cursoris celeritas admiranda, 181.
 Pamphreps, Leontius et Ilias tyranni victi a Theodericho, 688, 689.
 Pan et Priapus traducti, 555.
 Paneas civitas Phoeniciae cur sic dicta, 69.
 Panis Eucharisticus in lapidem conversus, 564.
 Panis et Panopolis urbs, 519, 521.
 Pansophius, invitit Nicomediensibus, in locum Geronii subrogatur, 567.
 Pascasinus nomine Leonis Romani antistitis interfuit synodo Chalcedonensi, 598.
 Pascha solum unum verum esse astruxit Origenes, 296. Pascha consuetudine magis antiqua quam lege ulla, juxta Patrum traditionem, a veteribus celebratum, 292, 293, 294. Paschatis celebrandi quæstio apud Novatianos, 287, 288. De Paschæ festo celebrando sententia et judicium Nicephori, 289.
 Passarion (S.) diaconus, 455.
 Patroclis prætextus, 692, 693.
 Pauliani hæretici, 877.
 Paulini et Meletii dissidium quomodo compositum, 225, 226.
 Paulinus, Euzoius et Meletius, eodem tempore Antiochiæ episcopi, 40. In locum Meletii Antiochiæ subrogatur, et quomodo, 55. Divini Meletii conditionem præsentem Sapore duce rejicit, 228, 229.
 Paulinus (ut) mazister propter malum sibi ab Eudocia datum, capitali supplicio affectus sit, 483, 486.
 Paulinus incantator et maleficus, quomodo punitus una cum filio, 850, 851, 852.
 Paulus monachus qui patria Telnisus, 194. Paulus monachus in Apamensium eremo, 195. Paulus in Phœnie monachus quingentorum dux, 185.
 Paulus Ephesi episcopus, restitutus, 666. Exigitur rursus, 672.
 Paulus cognomento Niger hæreticus, 876.
 Pauli (S.) episcopi constantinopolitani reliquiæ ut fuerint Constantinopolim translatae, 246.
 Paulus lector cum Joan. Chrysostomo citatur ad synodum, 585.
